

gentitate ineffabili gaudio omnia
in idola in iudea ut amica. allē.
more. psalmū dicitē. i. bñ opum
ei? v. ad honore nōis ei? vñ. luceant
co. ho. allē. laus di ioye. Dare glā.
i. glificare et laudate eum. al. al. al.
t'plicat qz una ē glā et laus cum v
nari p duo ioyta caritatis firm
fide trinitatis. qm psonant. t
p'rem. i. nomine filium. in lau
scū accipiūt. idō p' bis. postea t
amūt. vidē ut dicit v's. dicit dō.
ore. epx. c. dñe q' tribit. i. mag
tūa reditōis. i. incarnatōis. p
fortitōis. Cui monit. i. i. dñi
ne emittē p'si resurritōis. i. dñi
dñi occidit iudei. illatōis.
alē. Dicitē dō. v's. De dñe p' erro.
gaudio p' mōiem. dicitē dō. dō dō.
ut i. unā. i. e. sp's p' rōmōe eos q'
dian s' p' bap. pugnare et. unatē.
Obse' nos abstinē. i. dō. q' dō.
ricōe dñi. i. dō. dō. dō. dō.
denūcīō de. t. d. m. h. ad. t. d. d.
sylois op. nos a. b. ad. t. d. d.
allē. in. resur.

- I. *Arts habendi et Audiendi Conciones Sacras* *Wilhelmi Zeppori.* *Keckermanni*
- II. *Rhetorica Ecclēstia* *Wilhelmi Zeppori.*
- III. *Methodus Concionandi* *Jacobi Andreae.*
- IV. *De Preparatōe et Consolatōe Christi-fidelium ad mortem* *Orōes Funebres* *M. Santaleonis Candidi.*
- V. *Enarratio Psalmorum Poenitentialem et Graduum* *D. Danielis Arcularij.*
- VI. *Apriorum Theologici* *Quirini Reuterij.*
- VII. *Explicatō Problematis Eucharistici.*
- VIII. *Meditatōes Sacrae in Euglīa Unica* *D. Petri Heigij.*
- IX. *Oratio de Essentia Sacramentorum* *Literarum* *Francisci Bredovij.*
- X. *Oratio* *Hermani Remscheri* *Lingua Hebraea.*
- XI. *Oratio de obtinenda libertate* *contra vendi* *Matrimonij* *Libertate.*

EX LIBRIS
 ILLUSTRISSIMI VIRI,
 DN. DAN. LVDOLPHI,
 LIB. BAR. de DANCKELMANN,
 S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
 STATUS INTIMI, cetera,
 BIBLIOTHECAE ACAD. FRIDERICIANÆ
 TESTAMENTO RELICTIS.

Dea. I

R. 10

X

O R A T I O

I N Q V A P R I M O

Q V A R E E T Q V O M O -

DO AETERNVS DEVS AB OMNI ET
unoquoq; mortalium vere & sa-
lutariter agnosci debeat, pos-
sitq; declaratur:

*Deinde lingua hebraea sancta &
veneranda antiquitas & dignitas, tum multiplices
& pernecessariae eius utilitates: deniq; nervosa &
efficax S. Scripturae interpretandi ratio, atq; pecu-
liarium phrasium forma, dicendiq; singularia ge-
nera, nec non ad reliquas linguas dextrè intelligen-
das communis usus, unà cum eius iucunditate &
facilitate ordine explicantur & ostenduntur,
conscripta & recitata publice in celeberrima
Academia VVitebergensi calen-
dis decembris*

ab

Hermannno Renniehero.

בְּלֵא דַעַת לְשׁוֹן הַקֹּדֶשׁ אֵין טוֹכָה
תְּבוּנַת סֵפֶר הַמִּקְרָא:

VV ITEBERGAE,

Typis Christophori Axini, Anno 1591.

ORATIO
IN QVA PRIMO
OVARRE ET QVOMIO
TO RETTANTO DE QVANT
inopuop mor digni / e de la
inuncta no dicit per



IN QVA PRIMO
OVARRE ET QVOMIO
TO RETTANTO DE QVANT
inopuop mor digni / e de la
inuncta no dicit per

IL
NE
min
furt
ling



qu
mu
loc
& v
ip
tua
tuo
qu
pro



*ILLVSTRI AC GE-
NEROSISSIMO DOMINO, DO-
mino ADOLPHO Comiti in Bentheim, Stein-
furt & Teckelburg, Domino in Rheda & Vve-
linghouen &c. Domino suo clementissimo pacem à
Deo, ac felicem & prosperam in Bonarum
artium Studijs & ceteris rebus successum
toto animo optat & precatur*

Hermannus Rennecherus.



GENEROSISSI-
me ac illustrissime Co-
mes, non solum multa
& præclara de tuis
magnis virtutibus, &
Spiritualibus donis,
quibus tuam generositatem Deus præ-
multis alijs singulariter instruxit & col-
locupletavit ab alijs apud alios enarrari
& vnicè commendari audivi, sed etiam
ipsemet præsens varia & per magna de
tua optima & generosissima indole: de
tuo ardentissimo pietatis studio: de
quotidiano in humanioribus artibus
progressu, & assiduo doctrina & eru-
ditio-

ditionis profectu in tam tenera ætate
vidi, suspexi, & admiratus sum, quæ a-
pud diversos magnorum virorum or-
dines, vt me decuit, ex intimo animo
profudi & fideliter commemorauî, atq;
in diuersas partes pleno & vero ore di-
laudauî, illaque singula eó magis cum
multis & magnis viris suspicio & admî-
ror, quod illa tam honesta & eximia
bonarum artium, & in primis sinceræ
pietatis studia inter tui ordinis homi-
nes rariora esse soleant, quorum aliî vel
pennatum, vel laureatum numen cha-
rius habent, & libentius sectantur.
Laus igitur sit æterno Deo, quod illa
tam sancta, tamq; vtilia studia tuo ge-
nerosissimo animo inspirauerit, quodq;
tuam teneram ætatem tam pijs & do-
ctis viris recte informandam, atq; ho-
nestis & laudandis moribus imbuendâ
tradiderit: Laus etiam sit filio DEI
quàm maxima, quod illorum assiduis
& magnis laboribus ita benedixerit, vt
eorum fructus & emolumentum cum
quotidiano accessu & incremento in a-
nimo tuo diluceant, & in alijs aliarum
artium

artium studijs magis magisque procedere, atque ut ita dicam, cum visibili augmento semper plus augeri, & per continuas accessiones increfcere deprehendantur. Quare Generosissime & pijsime Comes, cum Sacrosancta theologia, fit vnica omnis veræ pietatis, & æternæ salutis consequendæ & perfrundendæ diuina magistra, te huic sanctæ & cœlesti Philosophiæ in perpetuum discipulum vltro offerro & consecrato: ita enim ex mortali & caduco homine, in æternum Dei filium, & in verum Christi fratrem euaseris. Nam hæc theologia, est vera animorum doctrina, & morum rectè formandorum disciplina. Hæc verum animi robur nobis subministrat: Hæc pura & saluifica Dei cognoscendi luce nos perfundit, & illustrat: hæc vacillantes nostros gressus dirigit & firmat: hæc est teneræ ætati cœleste rudimentum, & salutare tutamen: hæc est iuuenibus diuinum decus, & æternum ornamentum: hæc est proficientibus assiduū incrementum, & suave levamen: hæc est adultis &

A 3 seni-

senioribus solidum firmamentum, &
lætum solamen. Hæc est omnibus &
singulis dæmones fugandi efficacissi-
mum instrumentum. Hæc est infallibi-
le divinæ erga nos clementiæ & boni-
tatis testimonium. Hæc est clarum &
perpurgatum humanæ miseriæ, & feli-
citatæ speculum. Hæc est consternatis
& trepidis conscientijs, & mentibus iu-
cundissimum refrigerium. Hæc est sua-
vissimum nostris vulneribus & consci-
entiarum doloribus sanandis & tollen-
dis balsamum. Hæc est cœlestium bo-
norum, & optimarum doctrinarum
quasi commune promptuarium. Hæc
est in tentationibus, & nocturnis ter-
roribus cœlestis clypeus & invicta ar-
matura. Hæc est contra spirituales no-
xas, & quasvis satanæ insidias & ma-
chinationes fortissimū munimentum.
Hæc est in rebus aduersis, & quibusvis
periculis & miserijs rectissimum refu-
gium & asylum. Hæc est contra quævis
mala & omnis generis nocumenta præ-
sentissimum & certissimum remedium.
Deniq; hæc est sola in cœlum ianua, &
vnica

vn
igi
bea
ste
que
per
bur
mu
mn
ma
stis
mn
ga
rei
Qu
per
me
cho
firm
pro
ant
cia
nan
mu
& h
tus

vnica illa in paradifum Dei porta. Hæc
 igitur theologia cum tanta bona ha-
 beat, fuisq; difcipulis refervet & præ-
 ftet, idq; hac ratione & menfura, vt
 quo melius & profundius intellecta &
 percepta fuerit, eó quoq; vberius & a-
 bundantius fua bona effundat & com-
 municet. Quare piiffime Adolphe o-
 mnium optime Comes maçte animo,
 maçte virtute, ad hoc divinum cœle-
 ftis doctrinæ ftudium plenis velis & o-
 mnibus remis feftina: divina enim
 gaudia femper properant, & cœleftis
 rei læticia nunq; potest ferre moram.
 Quare in facræ theologiæ ftudio fem-
 per efto, & alta mente nunquam non
 meditare, hîc fige pedem, hîc iace an-
 choram, hîc facro morfu navem liga &
 firma: Nam arcana theologiæ myfteria
 probe intellecta, te in hoc mundo be-
 ant & ornant, in cœlo te fuma læti-
 cia perfundunt, & æterna gloria coro-
 nant. Circumfufa autem & vana huius
 mundi bona, quæ circa hominem funt,
 & humi repunt, ne tuos heroicos impe-
 tus vel tantillū impediant ac remoren-

A 4 tur,

tur, sed græcæ & hebrææ linguæ studiū,
vt cum laude inchoasti: sic etiam cum
virtute & assiduo labore ad finem vsq;
persequere & perfice. Nam quo maior
in aliqua re fuerit utilitas, eō quoque
maiore indiget diligentia, & quō præ-
stantior fuerit eius rei cognitio, eō
quoq; studiosius via, quæ ad illam du-
cit, investiganda est. Quare Genero-
sissime Comes, vt sacram scripturam
melius intelligere, & Deo hominibusq;
expeditius inservire, & in cœlum sub-
volare queas, apprehende alam Iudæi,
& hebræam linguam summo studio &
exactissimè addisce. Nam addiscendi
defatigatio turpis est, cum id, quod ad-
discitur pulcherrimum sit. Christo au-
tem inservire, eiusq; sanctam Ecclesiam
scripto, vel viva voce docere, est infi-
nitis partibus plus, quàm toto mundo
potiri, & vniversa eius regna obtinere:
David enim et Salomō duo illa insignia
iudaicæ gentis lumina, licet magni &
eximij reges fuerint: tamen nihilomi-
nus uterq; cœleste spiritualis vitæ pa-
bulū communi populo proposuit, & cū
sum-

summo honore & gloria prophetico munere, divina oracula tam accipiendo quam docendo, perfunctus est, & saluberrima scripta, quibus Ecclesiam Dei ad finem mundi erudiunt, post suam mortem reliquerunt. Horum sanctissimorum regum exemplum tuam generositatem ad hanc sanctam provinciam commovere & incitare quam plurimum debet. Hoc enim officium quemadmodum tua generositate dignum est: Sic etiam tua illustris generositas illi muneri, tum propter insignem vitæ innocentiam, tum ob morum pulchritudinem & decus, valde conveniens, & præstantissimorum virorum iudicio, quam aptissima censetur. Hoc divino, & longè pijsimo conatu, & proposito, ut tuum nomen æternæ & immortalis laudi consecraveris: Sic etiam tuam patriam perpetuo & summo honore affeceris & ornaveris: mundi etiam iudicium, cui nihil nisi mundus sapit, alto animo contemne: Nam spiritualia, quæ plerumq; abiecta & vilia in oculis hominum esse videntur, sunt

. A 5 magna

diu,
um
sc;
ior
que
ra-
eó
du-
ro-
am
sc;
ub-
dæi,
&
ndi
ad-
au-
iam
nfi-
ndo
ere:
nia
&
mi-
pa-
cū
m-



magna & præclara in oculis Dei. Te autem humanissime Comes, humili & submisso animo oratum & exoratum velim, ut tua generositas ea, quæ hîc à me sincerè absq; ullo fuce dicuntur, in bonam partem more solito accipere & interpretari non dedignetur: Nam rei præstantia & magnitudo, & maxima tui honestissimi nominis dignitas, hæc ut scriberem, me commovit & impulit. Cur autem illustrissime Comes, hanc orationem tuæ generositati præ cæteris inscribere & dedicare voluerim, huius mei consilij causas habeo varias & honestas Primò enim tua insignis & nunquam satis laudanda pietas, summaq; tuæ vitæ innocentia & puritas, atq; tua erga omnes bonas artes, & artium cultores propensissima voluntas, ut hanc orationem sub tui nominis tutela in lucem emitterem, me movit & incitavit: præcipuè verò sacrae theologiae studium, & eam discendi, ardens tuum propositum, ut ingenue dicam, quod res est, me ad hanc dedicationem extimulavit & audaciorum fecit: vix enim

enim
stra
ctæ
theo
tion
rint
tatio
à vo
græ
la ha
ex p
ram
min
Est
cert
Deu
virt
& tr
Cor
gna
cent
tanc
tion
secre
fratr
nerc

enim credere poteris, quantoperé ve-
 stra in liberalibus artibus studia, & do-
 ctæ disputationes, vestraç in rebus
 theologicis exercitia & eruditæ colla-
 tiones mihi apud vos moranti placue-
 rint. Nam non solum in publicis dispu-
 tationibus docta argumenta in mediũ
 à vobis proferebantur: Sed etiam inte-
 græ & longæ sententiæ græcè absq; vl-
 la hæsitacione tam ex sacris literis, quam
 ex profanis autoribus, deprompta, co-
 ram doctissimo & charissimo viro do-
 mino Iohanne Piscatore, recitabantur.
 Est hoc sanè cœlestis benedictionis
 certum & infallibile argumentũ, quod
 Deus tuæ generositati vna cum annis
 virtutem & cum studijs eruditionem
 & tribuat & augeat. Deinde optime
 Comes, tua præclara humanitas, & ma-
 gna erga me benevolentia & benefi-
 centia, vt hoc qualecunque scriptum
 tanquam veram gratitudinis testifica-
 tionem, tuæ pijsimæ generositati con-
 secrarem, me commovit. Tibi atq; tuis
 fratribus pijsimis adolescentibus & ge-
 nerosissimis comitibus, quod me ante
 annum

annum ad vos Herbornam venientem
tam humaniter exceperitis, atq; ibi me
ad aliquot septimanas hærentem tam
benigne tractaveritis, maximas & im-
mortales toto animo ago gratias: Nam
omnia illa, quæ in me tunc à vestra ge-
nerositate conferebantur, erant mera
& pura vestræ liberalitatis beneficia, &
nulla mea merita. Deniq; huius meæ
dedicationis causa, hæc est, quod tua
illustri generositas, mihi expressis &
disertis verbis non semel, sed aliquoties
Herbornæ dixerit, se nullius alterius
rei studio adeò affici & teneri, quam
sanctæ & venerandæ linguæ hebrææ,
& sacre theologiæ cognitione. Hoc
cum audirem, alto animo suspiravi, &
filio Dei pro tam pio proposito gratias
egi, atq; vt tuam voluntatem in eo con-
firmaret, oravi. Putavi itaq; me tuæ ge-
nerositati rem longè gratissimã factu-
rum, si hanc orationem, in qua varios
& veras causas, cur linguæ hebrææ
cognitio, ad sacram scripturam rectè
intelligendam, sit vtilissima & per ne-
cessaria, propono & explico, tuæ illu-
stri

stri g
gene
sæ, c
tatis
rim.
hum
sitas
bore
sit ap
ra.
cum
bus
cissi
simè
vam
riam
atq;
tum
VV

stri generositati dedicarem. Hæc sunt
 generosissime Comes, præcipuæ cau-
 sæ, cur hoc scriptum sub tuæ generosi-
 tatis auspicijs in luce apparere volue-
 rim. Nihil autem dubito illustrissime &
 humanissime Comes, quin tua genero-
 sitas & heroica indoles hunc meum la-
 borem & dedicationem clementi vultu
 sit approbatura, & minimè dedignatur-
 ra. Vale generosissime Comes unâ
 cum tuis fratribus optimis adolescenti-
 bus & comitibus in filio Dei quam feli-
 cissimè, qui tuam generositatem diutis-
 simè superstitem, & ab omni malo sal-
 vam & incolumem ad nominis sui glo-
 riam, ad Ecclesiæ ipsius defensionem,
 atq; ad tuæ patriæ salutem & ornamen-
 tum, conservet & tueatur. raptim
 VVitebergæ 26. Ianuar. Anno 1591.

Vnde



ND E huius ora-
tionis functioni future more
consueto & usitato prae-
tendenda exordium mihi ducenti-
dum, ac derivandum esset,
dubia & anceps deliberatio
me diu suspensum ac perple-

xum tenuit, ac per multum exercuit: nam si illinc
Deum, hinc homines respexero: utrimq; quod me
nonnihil turbet, & sollicitet, invenio videoque: eò
quod veritatem coram divina Maiestate dicere suo
modo nonnihil periculosum sit, eamque apud & in-
ter homines proferre & spargere jam dudum & in-
visum, & odiosum esse ceperit: Illius deploranda
humanae mentis cecitas, huius autem ingenerata
communis naturae pravitas unica causa, & perpetua
scaturigo existit.

Veruntamen ne prius illud alicui primà fronte
nimis durum, vel perabsurdum esse videatur, sci-
endum est, quod veritatem coram Deo dicere per
se minimè periculosum sit, cum Deus ipsamet sit
veritas, omnisque veritatis unicus author & perens
nis fons habeatur, idque usque adeò ut ne minima
solidae veritatis guttula vel mica tam in caelestibus,
quam in his terrestribus creaturis reperiatur, quae
ab ipso Deo non fluat, suamq; originem inde non
trahat. Nemo enim verax est, nisi in quo Deus

loqui-

loquit
cunqu
ne eã
aliter
quam
lecter
nunci
rum.
quoqu
eiusqu
gare p
tiendo
opprim
puniri
omnen
ac si L
retur
Deus,
da est
Sed
te tan
verita
da est
sit, id
ac si f
tū non
divina
sta, es

loquitur. Ex Dei igitur veritate: vera sunt, quae-
 cunque vera sunt. Illa igitur tanta virtus est, ut sine
 ne eam nemo beatè vivere possit. Quamobrem
 aliter fieri non potest, quin Deus ipse veritate tan-
 quam sui ipsius propria natura quam maximè ob-
 lectetur, & ingenua veritatis confessio, & pros-
 nunciatio ipsi acceptum & sanctum opus sit futu-
 rum. Nam qualis ipse sua natura est, talis vult
 quoque agnosci, & dici, ipse enim suam naturam
 eiusque proprietates non minus, quam se ipsum neg-
 gare potest. Ergo omnes eos, qui veritatem vel men-
 tiendo violaverint, vel quocunque alio modo eam
 opprimere conati fuerint, graviter, & horribiliter
 punire solet. Nam qui illam agnitam occultant, illi
 omnem idolatriam superant. Hoc enim perinde est,
 ac si Deus obliquè negaretur, vel nullus esse crede-
 retur, nam absque veritate Deus, non potest esse
 Deus, ipse igitur cum veritas sit, veritas ei reddenda
 est.

Sed cum electi, & sancti Dei homines hinc ex par-
 te tantum illuminentur, & ex parte tantum celestem
 veritatē intelligant, ideò illam eo modo, quo dicen-
 da est, dicere non possunt, nam quod ex parte tantum
 sit, id imperfectè sit, quod imperfectè sit, est perinde
 ac si factum non esset, ergo peccatum est, & pecca-
 tum non est sine periculo in iusto Dei iudicio. Nam
 divina natura & voluntas est adeo sancta, & ju-
 sta, est quae adeo pura, & ab omni malo, malique labe
 segre-

segregata, ut minima minimi peccati cogitatio sit plusquam ex diametro ei contraria. Eã ob causam iram Dei, & aternam damnationem, si illam Deus pro eius merito judicare velit, commeretur. Hoc modo & sine est coram Deo periculosum veritatem dicere, quia sine peccati labe ab homine dici & proferri non potest. Hoc igitur omnes Christianos imprimis verò verbi divini ministros ad majus veritatis discenda, & cognoscende studium exacuet, & inflammabit. Deinde hæc imperfecta veritatis cognitio neminem ab ejus confessione detertere debet, quia Deus pro sua paterna voluntate hanc imperfectionem suis libenter ignoscit, & condonat, modo serium, & sincerum veritatis cognoscende desiderium, & studium habeant.

Porro eandem illam veritatem apud homines proferre, & inter ipsos propagare, quoque in visum & odiosum esse solet. Nam ea est hominum miseria, & infelicitas, ut pati non possint, sibi bene fieri & esse: nam ut Pindarus inquit: nihil est difficilius concoctu, quam beatitudo, & felicitas. Quare si pia & salutare admonitiones in reprobos animos incidunt, isti statim offenduntur, & irritantur, atq; adversus Deum, & ministros eius fremunt & indignantur, & quo magis malum illis vetatur, eò magis illis dulcius fit: & quanto magis bonam illis precipitur, tanto magis & vehementius ab eo abhorrent, eiq; resistunt, non secus quam fera bellua, qua

que quanto magis ad actionem suae naturae contras-
 riam impellitur, tanto quoque magis reluctatur.
 & obnititur. Reprobi igitur, ut se ulciscantur,
 admonitores suos convitijs proscindunt, & ineffan-
 dis maledictis conspuunt, ipsi enim cum mali sunt,
 nihil nisi male loqui possunt, citius munita urbem
 ceperint, quam maledicam linguam, que quotidie
 ana fornax est, frenaverint. Maledictis igitur eos
 insectantur & lacerant, ut eos apud imperitum
 vulgus contemptibiles, & odiosos reddant, & ipsi in-
 terim peccatis tanto liberius indulgere, & vitijs
 obsequi possunt. Istorum vero calumniae & convi-
 tia nihil aliud sunt, quam merae furiae & spume
 diaboli.

Si vero sincera evangelicae veritatis doctrina
 in hereticos animos inciderit, isti tanquam caute-
 rio vulnerantur, & quasi insanam rabie convertun-
 tur: nam quisque tunc vehementer leditur & of-
 fenditur, cum vitium eius, quo laborat, attingitur.
 Orthodoxos igitur quocumque modo possunt, persequuntur,
 & mendacijs & fictis criminibus ita saepe
 obruunt, ut innocentissimi pro nocentissimis, & in-
 tegerrimi pro pessimis habeantur, ac non raro e
 medio tormentis exquisitissimis tollantur, nam ty-
 rannis suggestionibus gladium in manum tradunt,
 quo evangelicam veritatem in ejus ministris, in mi-
 nistris Christum, in Christo Deum, in Deo suam
 ipsorum salutem persequuntur.

B Hac

o sit
 sam
 Deus
 mo
 n di
 pro-
 anos
 s ves
 cuet,
 rita-
 rre
 hanc
 onat,
 ende
 mines
 visum
 mise-
 e fieri
 icilius
 Quare
 nimos
 antur,
 int &
 tur, eo
 m illis
 eo ab-
 bellua,
 qua

Hæc est fides & patientia sanctorum, ut per contru-
meliosam crucem, & summam ignominiam in cœ-
lestem gloriam perveniant. Sic Christo conformes
hic in cruce, & post hanc vitam in summa gloria
redduntur. Hoc sanè horribili Dei iudicio, & fa-
tali hominum malitia, evenit, & contingit, quod
sancta Dei doctrina, & salutares admonitiones
cum multorum odio & interitu, & cum pauco-
rum fructu & salute proferantur.

Hæc loco proxijs breviter tanquam in trans-
cursu dicta sunt, quæ hoc consilio, & sine ut mi-
hi ad ea, quæ dicenda restant, viam aliquatenus
sternerent, & præpararent, præmittere mihi visum
fuit. Iam ad ea, quæ hoc tempore, & loco in me-
dium proferre decreverã, me accingo. Illa verò ut
à me commodius & facilius pertractari, & à ve-
stra humanitate melius percipi possint, hæc duo ca-
pita in conspectu habenda sunt. *Primum* igitur
quare & quas ob causas Deus ab omni & quovis
mortalium agnosci debeat, & quam ipsis hoc sit ne-
cessarium: deinde quomodo, quibusq; & medijs &
modis ipsi ad sinceram & salutarem Dei agnitio-
nem adduci, & pervenire queant, veris & perspic-
uis argumentis mihi demonstrandum, & dicen-
dum est. Hisce duobus capitibus succinctè expli-
catis huic orationi finis imponetur. Filius autem
Dei me hisce de rebus dicturum, & vos de illis au-
scultaturos, suo spiritu sic comprehendat, & ita re-
gat,

gat,

gat, ut omnia ea, quae à me dicenda, & à vobis accipienda sunt, sic à me dicantur, & à vobis accipiantur, ut isthinc gloriae Dei, hinc nostrae ipsorum salutis inserviant, & utilia sint. Vos igitur doctores, vos Licentiatos, & Magistros, tam pietate, quam eruditione ornatissimos humiliter rogatos, vos etiam charissimos, & studiosissimos adulescentes jam summae spei, aliquando magnae rei futuros fraternè, & benignè admonitos velim, ut me de istis rebus jam dilucidè dicentem & dicturum serenà fronte, benignà mente, & intentis auribus audire non dedignemini: Licet pro magnitudine, & dignitate istarum rerum, atq; pro merito, & laude vestrae scientiae, & eruditionis, tam magnificè, tamq; ornatè, & eleganter, eloqui & dicere (ne decet) non possim: tamen vestra commemorabili humanitate fretus, vos qualicumq; dicendi genere contentos, & rerum potius auditores, quam vocis & verborum observatores fore, spero, & mihi quam persuasissimum habeo.

Iam igitur ad primum huius praefatiunculae caput discutiendum, & enarrandum me converto, quod nimirum tale est: Deum ab omni & unoquoque mortalium esse agnoscendam. Hoc & paucis & multis expediri, & pertractari potest: paucis, quia Deus sua natura, & benefica voluntate est & bonus & ita bonus, ut melior neq; optari neq; esse queat: multis, quod eius erga nos innumerabilia

B a sine

sint beneficia: nam si oculos vel in hunc Orientem,
vel in illum Occidentem, vel in hanc Aquilonarem,
vel in illam Australem plagam vertas, & circum-
spectas, reipsa experieris, quod totus, & universus
mundus nihil aliud sit, quam commune quoddam
multorum & magnorum beneficiorum Dei promo-
tuarium. Nam si omnes creaturae penitus intros-
piciantur, & accuratissimè earum usus, & fines
examinentur, certè nullam ex illis tam vilem, &
abiectam invenies, aut reperies, quae humano ge-
neri hoc, vel illo modo non proffit, & aliquam utilis-
tatem adferat: nihil etiam tam exiguum est inter
creaturas, quod Dei bonitatem non exprimat, &
representet. Nam Deus omnia cum singulis,
& singula cum omnibus sic sua admiranda sa-
pientia, & admirabili bonitate condidit, sic illa
coniunctim, & disiunctim ordinavit, ut illa huma-
no generi, vel in alimenta, vel indumenta, vel in
medicamenta, vel in haec vel illa ministeria & obse-
quia quam utilissima essent. Haec certè est admi-
randa rerum dispositio, quod singula omnibus, &
omnia singulis inserviant, & illa universa homini
destinata subserviant. Sic terra solis calore, &
aëris humore calefacta & rigata producit herbas,
herbae animalibus, animalia hominibus subsunt, &
inserviunt.

Haec tam arcta connexio, & tam firma con-
catenatio, quod nihil turbetur, nihilq; in consueta
nature

77
natura ordine moveatur, est divina erga nos boni-
tatis summa declaratio. Hinc est, quod astrorum
series nullo unquam tempore perturbetur, hinc est
quod temporum vices tam aptè & concinnè sibi
succedant, atq; annuatim recurrat. Hinc est,
quod sol quotidie nobis exoriatur, & gradus in cursu
suo tam rapido, tam aptè dispositos habeat, & con-
servet, atq; paucarum horarum spacio immensos
cœlorum campos percurrat, ut nobis & lucem præ-
beat, & calorem infundat, & subministret. Hinc
est, quod nubes, licet vi solis attrahentis, & intera-
ni caloris adjuvantis, & ventis elevantibus & impela-
lentibus per aërem transvehantur; tamen pluvias
ad hæc inferiora & vegetanda & fecundanda effu-
fundant, & dimittant. Hoc non aliunde, quam
ex paterna Dei beneficentia provenire pia mente
& credendum, & aperto ore confitendum est. Hinc
est quod terra quotannis sua viscera aperiat & ad
nos alendos immensam variabilium, & delectabi-
lium frugum, & fructuum copiam producat. Hinc
est quod natura fecunditas, & insita vis germina-
nandi nuncquam collanguescat, & quasi exhausta
cesset vel deficiat. Hinc est quod ipsa animantia
sive illa aërea, sive aquatica, sive terrestria sint,
ad minimum semel in anno suos foetus producant,
& eos producendo ipsi homini sua ubera quodam-
modo præbere manumq; porrigere videantur.
Hinc est, quod ipsa quoq; elementa, & singula eo-

vum partes suum officium nuncquam facere desistant. Hæc & omnia alia sic à supremo motore ordinata & constituta sunt, ut neque in suo statu permanere, neq; per se suapte natura moveri, neq; secū, neq; cum alijs congruere possint, nisi ab omnipotente spiritu & summo chorago conserventur, moveantur, & regantur, ita ut hominibus sint utilia. Deinde illa & alia omnia licet sua natura sint diversissima, & singula singulares & proprios fines, & usus habeant: tamen divina sapientia & bonitas ea sic temperavit, ut illa singula & omnia, in hominis usum, tanquam in unicū & legitimū scopum quasi unanimi consensu & ordine perpetuo contenderent. Quæ igitur suo ortu & natura sunt diversa, in unum hominis usum, quasi extremis vinculis sunt ligata & connexa. Sic tota rerum natura & universa philosophiæ familia nihil aliud est, quam aperta & referta divinæ liberalitatis officina. Quot igitur sunt in hoc mundo creature, totidem paternæ Dei erga nos bonitatis, & beneficentiæ sunt certissima, & infallibilia testimonia: non solum hoc, verum etiam unaquæq; creaturarum sic divina bonitate & sapientia est condita & ordinata, ut ex ea non una, sed multiplices utilitates & permulta commoda proveniant. Creature igitur, quemadmodum sunt suo genere variæ, suaq; specie multiplices, sic etiam Dei beneficia sunt suo genere diversa, & variâ, atq; sua specie sunt plurima.

rima & innumerabilia, ita ut neq, mente concipi,
neq, lingua exprimi possint. Præstat igitur ut illa
sanctæ admiratione concludantur, quam rhetorica
narratione fufius explicentur.

Cæterum in his Dei beneficijs, ut ea magis con-
spicua & illustriora reddantur, atq, eorum finis &
utilitas magis innotescat, hæc quatuor conside-
randa sunt. Primò Deus ea sic ordinavit, ut eo-
rum alia necessitati, alia oblectationi, alia ornatui
& dignitati hominum infervirent. Nam Deus
erga miseros homines usq, adeò bonus est, ut ipsis
hominibus non solum necessaria, sed etiam oblecta-
bilia, & alia permulta, quæ ad decus & ornamen-
tum eius spectant, procuret.

Secundò ut homines magis & citius ad se allia-
ceret, in creaturis, quas humana vitæ nutriendæ
& sustentandæ destinavit, hæc quatuor expendenda
sunt. Primò in illis pulcherrimus color seu fi-
gura valde elegans, qua homo non solum mirificè
afficitur, sed etiam creature ipse hominibus gratios-
res & expetibiliores fiunt, conspicitur. Deinde
suavissimus odor, quo creature ad homines, & ho-
mines ad creaturas trahuntur ex ijs percipitur.
Tertiò dulcissimus & gratissimus sapor, quo tanq̃
iucundissimo condimento gaudent & letificantur.
Huc Psalmographus respiciens dixit: gustate & vi-
dete quam bonus & suavis est dominus: quasi Pro-
pheta dicere uellet: quidquid rebus creatis suavitas

Psal. 34
vers. 9.

B 4 116 &

desid
otore
statu
neq,
mni-
tur,
t uti-
tura
prios
ia &
omnia,
nuvi
etuo
sunt
emis
nas
aliud
tatis
ura,
nesi
nia:
uras
a &
lita-
tura
uaq,
t suo
plus
rima



tatis & oblectationis inest, id multò magis Deo ipsi
verum creatori inest. Quoties ergò rebus fruimur,
toties mens ad ipsum Deum, tanquam à rivulis ad
fontem subvehenda est. Omnis igitur bonitas in
creaturis, est divinæ bonitatis imago, ea in creaturis
est finita, in Deo autem est immensa, alioquin
non esset bonitas, sed potius bonitatis imminutio: bo-
nitas in creaturis est accidentalis qualitas, in Deo
est essentialis proprietas. Quarto presentissima
& efficacissima & nutriendi & vegetandi & sus-
tentandi vis illis divinitus est indita. Creature
itaq; sic à Deo, ut se hominibus fouendis naturali
& prompto instinctu & ministerio impendant, sunt
ordinate. Ipse igitur creature non solum sunt ho-
minibus, tanquam materna & fidelissima nutrices,
sed etiam Deus ipse per eas ipsis hominibus alendis
quodammodo sua ubera præbere videtur. Quod
si quis mentem suam ab his imis ad summa illa
subduxerit, & ab universis ad singula dussuderit,
illi nihil usquam præter immensam Dei bonitatem
occurrere poterit, hoc qui negare, aut in dubium
vocare ausit, is non solum infelix homo est, sed
prorsus homo esse desinit.

Tertiò divina bonitas, & cœlestis sapientia
universum cœli terraq; opificium & singula cœlo
terraq; comprehensa sic condidit & disposuit, ut
Dei gloria cum hominum utilitate, & hominum
utilitas cum Dei gloria coniuncta esset: nam quic-
quid

quid Deo gloriosum est, id quoque hominibus est
 utile & salutare, & quò Deo gloriosius fuerit eò
 quoque hominibus utilius, magisque salutare existit,
 Itaque quemadmodum ex cœli & terræ creatione &
 sustentatione immensa Dei potentia, & ex cœli ter-
 ræque dispositione & gubernatione infinita Dei sas-
 pientia relucet & circumfulget: sic etiam ex illis
 summa ad homines inde utilitas & alia salutaria,
 dona & beneficia perveniunt, eaque tam magna &
 multa, ut illa nulla mente comprehendi nullaque
 lingua explicari possint. Hæc igitur summa Dei
 bonitas, quod suam gloriam cum hominum utilita-
 te coniungere dignata sit, ut est inconprehensibilis,
 sic quoque est ineffabilis. Itaque inter Deum &
 creaturas ad homines nutriendos mutua quedam
 cum summa utrimque harmonia, consensio invenitur.
 Creaturae itaque sunt summae Dei bonitatis non mo-
 do infallibilia testimonia, sed etiam sunt veluti
 clarissima summa erga homines beneficentiae Dei
 specula, eaque tot, quot sunt in tota rerum natura
 creaturae. Quare divina bonitas undequaquam homi-
 nibus usque adeo prospexit, ut ad vitam sustentan-
 dam nihil ab ipsis amplius desiderari posset.

Quarto his circumfusus & terrenis rebus cor
 affigendum non est, sed sursum ad Deum earum
 creatorem pia mente et cogitatione evahendum est.
 Hæc igitur externa beneficia pijs hominibus erunt
 tanquam erectæ in cœlum scale, & quas spiritua-

Luce 14.

lia vehicula, quia terrena benedictiones sunt cœlestium & spiritualium rerum figura: absq̄ his terrena bona neminem felicem & beatum reddere possunt: conplures enim, qui his abundant & circumfluunt, profani sunt & intereunt, ut in Epulo ne videndum est. Nam hæc ad cœlestia sunt tanquam riuuli: ideo enim hominibus dantur, ut per ea ad Deum in cœlis habitantem veluti per interpositos gradus ascendant. Quotquot igitur beneficia Dei in hoc mundo ubiq̄ obvia conspiciuntur, sunt veluti clara & sonora de cœlo Dei voces & facunde linguæ, quæ torpentes & socordes hominum animos expergefaciunt, & ad cœlestia bona consideranda alliciunt & invitant: itaq̄ hæc omnia mundi secula, nihil aliud sunt, quàm clara divina misericordiæ & beneficentiæ specula. Est præterea inter hæc externa, & spiritualia Dei beneficia nexus quidam & sancta copula, ita ut illis qui fruitur, ad cœlestia quoq̄ transeat, si autem illa sine his acceperit, Deum quam gravissimè offenderit & ultricem eius manum non effugiet, quia etiam benignè vocanti non paret: nam qui ad inddebitam & vltro oblatam Dei gratiam non veniunt, ad eos Deus cum debita pœna venit.

Quintò hæc singula & omnia Dei beneficia eò magis sunt admiranda, & quàm maximi estimanda, quod illa omnia nobis non solum non promerentibus, vel ea quærentibus & desiderantibus, sed pos
tius

eius nobis ea ignorantibus vel parvipendentibus, sæpe etiam contempnentibus elargiatur & impertiat. Sic immensa Dei bonitas cum summa hominum malitia certat, donec eam vincat, & emolliat. Nam Deus usq; adeo bonus est, ut sua gratia & beneficijs nos antevertat preveniatq;, & illorum desiderium intra nos creet & efficiat: nam dona Dei sunt nobis insipida donec Deus suo spiritu eorum saporem nobis adferat. Deus igitur omnia cum nobis dat, & sua tantummodo dat, & aliena non dividit. Deinde in his creaturis & externis beneficijs minimè hærendum est, sed ad Deum ipsum omnium bonorum unicum auctorem pia mente assurgendum est: nam in creaturis non plus bonitatis & auxiliij est, quam Deus in illis creat & conservat, & plus nos iuvare non possunt, quam Deus nos per illas iuvare velit.

Deniq; licet benignus ipse Deus mille modis per creaturas nobis prospiciat & omnia ad vitam sustentandam tam assatim suppeditet, ut nihil omnino nobis deesse patiatur: tamen eius effusissima bonitas his minimè est contenta, sed ut nos prorsus propria culpa perditos & perdendos ab interitu liberaret, & in cœlestem & sempiternam gloriam & libertatem vindicaret, suum unigenitum filium ex homine hominem nasci & fieri minimè dedignatus est. Hoc factò nihil maius & sublimius, nihilque beatius & salutaris nobis esse potest, quo Deus
suum

ele-
er-
ere
ira
dlo
ans
per
era
nes
ur,
&
nia
ona
nia
vis
re-
esit
qui
illa
en-
a ei
des
nt,
a ed
ans
en-
pos
tins

suum sanctum & plus quam paternum pectus nos
bis aperuit, suaeque intima misericordiae viscera ex-
plicuit. Huius amoris & beneficij Dei erga nos
magnitudo & amplitudo ex rebus, quae ex illo tan-
quam ex unico perenni fonte profluunt & ema-
nant, aestimanda est.

Hic beneficium magna Dei erga nos gratia con-
sideranda est, primo favor et benevolentia in Deo,
deinde donum illud, quod ex illa nobis datum &
missum est. Donum autem est tale, & tantum, ut
eo nihil divinius & sublimius, nihilque praestantius
& dignius esse & demonstrari possit. Hic Dei patris
bonitas omnem omnium creaturarum captum ad
immensum usque superat, quod misericors ipse Deus
suum unigenitum filium extrema ignominia, &
acerbissimo mortis genere meri, quam nos perire
maluerit: Hic etiam Christi incredibilis erga nos
benevolentia commendatur, quod nostram salutem
chariorem, & preciosiorem sua ipsius vita duxerit,
dum pro nobis mortem subire, & perferre paratissi-
mus fuerit, & eo usque patiando descenderit, quo-
usque peccatum nos deiecerat.

Itaque illo Dei patris, & hoc Christi facto ni-
hil maius, nihil amplius, nihilque pretiosius & praes-
tantius optari potest, & nihil est tam magnificum,
& excellens, quod cum Dei erga nos amore, &
Christi erga nos beneficio possit vel in minimo com-
parari,

parari. Vtrumque sanè est ipsis cœlis altius & amplius, estque toto mundo latius, & profundius. Munificus igitur & benignus Deus immense misericordie suæ viscera hominibus usq; adeo aperuit & profudit, atq; tam multa, tamq; magna beneficia eis præstitit, ut maiora & plura illis dare non posset, quin divinas suæ maiestatis proprietates ipsis communicaret atq; ex illis deos faceret.

Itaque hic Dei amor, & hoc Christi beneficium est pijs hominibus tutissimum asyllum, est rectissimum perfugium, est certissimum receptaculum, est iucundissimum ab omnibus miserijs refrigerium, denique est trepidis & consternatis conscientijs efficacissimum solatium, estque contra quaslibet Satane tentationes, & quævis alia mala præsentissimum & æternum remedium.

Sic Deus creator, & redemptor noster nos clementer, & misericorditer, nos perpetuò persequitur & tractat. Ille nos cum non eramus, ex nihilo fecit, cum intrâ nos perditum eramus, redemit nos, cum in periculis hæremus, liberat nos, cum à recta via erramus quærit & recolligit nos, cum delinquimus & lapsi sumus, clementer corripit, & erigit nos, quando contristamur, & fere desperamus, consolatur nos, cum deficimus & vacillamus, confortat, & suffulcit nos, quando incerti huc vel illuc imus, ducit, & dirigit nos, quando dormimus, & requiescimus, ex humana infirmitate, excubias

agit

agit super nos sua divina bonitate: quando in periculis ad ipsum confugimus libenter suscipit, & refocillat nos: quando stamus, & firmi sumus, tenet & sustentat nos: cum pulvis, & terra eramus, ad suam imaginem creavit nos: quando bruta & alioquin terra eramus: ratione & sermone, quibus non solum brutis animantibus longe præstamus, sed etiam ad ipsum Deum proximè accedere videmur, donavit & instruxit nos.

Hæc & multa alia Deus noster fecit nobis, que semper altè & pià mente consideranda, & meditanda sunt, quæ quo plura, & maiora sunt, eò quoque ipsi Deo obligatiores sumus. Deus autem cum tam magna & tam multa beneficia nobis peccatoribus, qui ipsi perpetuò oblectamur, & ingrati sumus, elargiatur, quæ, & quanta erunt illa Dei dona, & beneficia, quæ nobis in cælis cum sancti erimus, & ab omni labe & lapsu puri & prorsus alieni, præparavit, & daturus est? Quæ consideratio unumquemque nostrum, ad magnam pietatem, ad verum divini numinis timorem, & cultum erudire & excitare, & in summum omnis mali odium & displicentiam inducere debet. Hæc magna & multa Dei beneficia pio corde & sensu assiduè admirari, & aperta voce, gratoque animo enarrare, & collaudare debemus: nam totus mundus ut propter hominè, sic homo propter Deum factus est. Mundus autem iccirco factus est, ut

homi

homini inserviret, & necessaria subministraret:
 homo vero ideo creatus est, ut Deum factorem suū
 agnosceret, ideo eum agnosceret, ut amaret, & co-
 leret ipsum, ideo amaret & coleret eum, ut
 beatam immortalitatem pro mercede laboris acci-
 peret, atq; ita Angelus ipsis factus similis. Deoq; æ-
 terno æternum regnum esset, eiq; in perpetuum in-
 serviret, & obediret, atq; pro acceptis beneficijs sem-
 piternas gratias in cœlesti gloria ageret. Hoc est
 arcanum Dei de homine consilium: hoc est sanctum
 creati mundi mysterium: hæc est rerum omnium
 summa: hic est universorum cardo & singulorum
 scopus: hæc est illa, & præcipua hominis conditi-
 ratio & meditatio: sic magna Dei bonitas sua pro-
 videntia silum & funem in hac mundi chorea du-
 cit & trahit, ut omnia pijs in bonum cedere opora-
 reat: nam quæ per se & sua natura mala & exitia
 alia sunt, Ea Deo dirigente illis sunt bona, & sal-
 lutaria quid eo est melius & sapientius, qui è
 summo malo summum bonum elicere novit? Quid
 magis eius vim & bonitatem exprimit & decla-
 rat, quàm quod ad certam perniciem reperta, ad
 certam salutem vertere & reflectere possit? quod
 potest esse insignius miraculum, quàm ut ex sum-
 ma ignominia, cœlestem & maximam gloriam e-
 ducat, quàm ut ex probrosa & tristi morte æter-
 nam vitam, summamq; læticiam extrahat & pro-
 curet? Hæc qui nescit & ignorat, ille quod ipse
 homo

eri-
 re-
 net
 ad
 los
 so-
 am
 nat
 his
 &
 eò
 tem
 pec-
 ati
 Dei
 ncti
 rsus
 cons
 pies
 cul-
 nnis
 Hæc
 ensu
 imo
 mun-
 fa-
 t, ut
 omis

homo sit, & quod Deus suus Deus sit, nescit & ignorat.

Iohan. 17.
vers. 9.

Ex his iam dictis quilibet quam necessaria sit Dei cognitio videre potest, nisi Deum omnium horum bonorum primam & propriam causam, & perennem fontem agnoverimus, ipsi Deo debitas gratias agere non modo poterimus, sed etiam ista beneficia nobis exitialia erunt futura, & in maiorem damnationem cedent. Deinde nisi Deum recte agnoscerimus, eterna vite & salutis participes fieri non poterimus: nam haec est vita eterna, ut Deum verum, & quem ille misit Iesum Christum recte cognoscamus. Qui igitur Deum non agnoscunt, sunt ab ipso Deo, & ab aeterna vita, & gloria alieni. Quemadmodum enim vera Dei cognitio est vera anima vita & beata salus: sic etiam Dei ignorantia est animae mors, & infelix interitus. Contraria enim habent contrarias actiones, habent quoque contraria effecta, & consequentias. Qui igitur Deum ignorant, sunt ipsis brutis animantibus non solum longe deteriores & miseriores, sed etiam infinitis modis, quod ne semel quidem creati essent, ipsis praeferret. Deus enim tam munificus, & benignus pater est, ut seipsum, & omnia sua bona ijs, a quibus agnoscitur diligitur communicet, & impertiat. Ita omnium regum, & dominorum terrae liberalitatem longe superat: illi enim licet alijs monarchis vel ducibus suos thesauros & res

pretio
non e
gnosc
imò
ipsu
in con
fecta
Deu
& in
num
nota
vita
unic
tran
& su
habe
ta se
appr
cord
qui
ac g
vera
que
non
esse
peru
iam

pretio

pretiosas aperiant, & ostendant: tamen eos illis non elargiuntur. Deus autem in eos, quibus se cognoscendum præbet, omnia sua effundit, & confert, imò se illis quodammodo infundit, communicat. Ipsius autem proprietates, & attributa licet per se in communicabilia sint: tamen eorum opera & effecta se agnoscentibus communicat: quare eos, qui Deum rectè & verè agnoscunt, Christo attrahit & inserit, ita ut ipse cum illis, & illi cum ipso unum sint, & æternum maneant. Hic tamen hoc notari & sciri debet, quod ipsa Dei cognitio non sit vita æterna & plena eius fruitio, sed est ratio & unica illa via, qua piij homines à morte ad vitam transeunt. Hæc cognitio Dei, non est nuda & simplex eius notitia, quæ in cerebro volitat, & hæret, nec tantum est de ipso eiusq; voluntate certa sententia, sed est firma & vera meriti Christi apprehensio & applicatio, estq; vivus & efficax in cordibus nostris divinæ erga nos clementiæ sensus, qui ex se veram pietatem, sinceram Dei dilectionem ac genuinum eius timorem gignit & producit. Nam vera Dei cognitio est semper cum pietate coniuncta: quæ autem vitam non reformat, & conversationem non mutat, nihil prodest, itaq; si Christi & beati esse volumus, ex Deo nos regenitos, & bonorum operum studiosos esse oportet.

Hæc de primo huius orationis capite hæctenus, iam alterum eius caput tractandum & expediendum

C dum

it &
a sit
hos
, &
bitas
ista
aso-
eum
icis
a, ut
tum
gno-
glos
itio
Dei
itus.
bent
Qui
anti-
, sed
reati
ficus,
a bo
icet,
rum
licet
res
retit



dum restat, nempe quomodo, è quibusque & medijs, & modis homines in sinceram & salutarem Dei agnitionem adduci possint. Hoc caput, ut rectè ac utiliter accipiatur, sciendum est, quod Deus iisdem & medijs & modis agnosci possit, & debeat, quibus ipsemet se patefecit. Patefecit autem se tribus distinctis his medijs & modis, primò communibus, & singularibus operibus, quæ fiunt & extant in tota rerum natura: Deinde verbo prophetico & apostolico ecclesie tradito: Tertio spiritu sancto in mentibus beandorum operante. Opera autem Dei, quæ fiunt, & existunt in rerum natura, licet plurima & maxima sint, quæ in rerum creatione & dispositione, atque in earum sustentatione, & gubernatione, conspiciuntur: quæ omnia per se quidem vera & certa de Deo, quod ipse revera sit, testimonia, & infallibiles demonstrationes sint: quantumvis ea tam magnifica & eximia sint, ut non fortuito casu, aut atomis confluere & existere potuerint, sed quod ab opifice longè præstantissimo condita sint, quasi diserta voce testentur: tamen ut nos in veram Dei, & nostri cognitionem adducant, minime sufficiunt, id his quatuor rationibus irrefutabilibus probatur.

Primo

AR

Primò illa opera sive usitata sint, & ex consueto nature cursu, & operatione existant, sive ea miracula sint, quæ cœlesti virtute extrâ communem nature ordinem fiunt: tamen illa quis & qualis ille Deus sit, non desinant, & ostendunt. Ille enim verus Deus est, quem prophetae in veteri Testamento ante plenam voluntatis Dei revelationem Deum Abrahami, Isaci & Iacobi appellabant, quemq; apostoli in novo testamento post plenam rerum cœlestium revelationem patrem Domini nostri **I E S U C H R I S T I** nominant. Hic **D E V S** est trinus in personis, est unus in essentia. Personæ autem proprietate incommunicabili distinguendæ sunt.

Deindè omnia Dei opera sive usitata, sive miraculosa sint, si in unum fasciculum collecta fuerint, & ob oculos ponantur: tamen nequaquam ex illis plena Dei cognitio haberi potest: quia multò plura de Deo, Deique voluntate scire oportet, quam vel omnia miracula, vel universa rerum rerum natura docet, & tradit. Nam & illa miracula, & hæc naturæ philosophia nihil de sancta, & indivina Trinitate, nihil de miserrimo humani generis lapsu, & letissima eius restitutione, nihil de filij **D E I** incarnatione, & passione,

C 2

nihil

nihil de eius morte, & resurrectione, nihil de eius
in cœlum ascensione, & ad dextram patris sessione,
nihil de spiritus sancti missione, & Evangelij pra-
dicatione, nihil de gratuita peccatorum remissio-
ne, & de corruptæ naturæ instauratione, nihil de
ex mortuis resurrectione, & perfecta glorificatio-
ne, nihil de sempiterna vita & felicitate, denique
nihil de ineffabili sanctorum gloria, & summa in
Deo letitia dicunt: Sed illis de rebus tam in mira-
culis, quam in philosophia est altum ubique silen-
tium. Hæc omnia distinctè & plenè in verbo Dei
patefacta sunt.

Tertiò lux humanæ mentis, & rationis per pec-
cati labem usque adeò est obscurata & excecata,
ut clara naturæ opera vel manifesta Dei miracula,
quantumvis ea passim obvia, & ob oculos posita
sint, minimè cognoscat, & intelligat. Quam ob
causam cœci & temerarij homines ea non raro
longè aliter accipiunt & interpretantur, quam à
Deo intelligenda proposita sunt. Hinc fit, ut sæpè ex
veris tam miraculorum, quam philosophiæ princi-
pijs magnos & exitiales errores extrahant, & fa-
bricant. Quare divinū numen licet suæ Maiestatis
characterem, tam cœlesti machine, quam terrestri
fabricæ tam clarum insculpsit, ut tota rerum na-
tura quedam effigies & quasi Dei imago non im-
merito dici queat: nam nemo suos oculos vel sursum
attola

attollere, aut huc vel illuc circumflectere potest, quin Deus aeternae, & summae potentiae, quin infinitae, & admirabilis sapientiae, quin incredibilis, & plusquam paterna bonitatis varijs elogijs decorus, & quasi regalibus insignibus circumvestitus undiq; appareat, quibus licet se quodammodo oculis nostris visibilem, & manibus quasi palpabilem praebeat: tamen illa omnia ad Deum recte agnoscendum non sufficiunt, licet totus mundus nihil ferè aliud sit, quam magnus & insignis liber quibusvis obvis, & singulis apertus, in quo iuniores Deum legere, seniores autem Deum cognoscere & dilaudare possunt. Licet etiam in his rebus externis, & circumfusis nihil tam minutum, nihilque tam humile demonstrari queat, ex quo divina potentia, sapientia & bonitas tanquam ex claro speculo non relucent: Licet in rebus aethereis nihil tam altum, tamque sublime sit, quod ad hominem de Deo erudiendum non descendat: Licet in corpore nostro typum universi mundi efformaverit: Licet in anima similitudinem sui expresserit & impresserit. Deniq; licet Deus caelum & terram, omniaque caelo terraque comprehensa in hunc finem creaverit, atque lucem rationis hominibus ideò dederit, ut ipsi Deum ex suis operibus cognoscerent. Postremo licet Deus in omnibus rebus tam minimis quam maximis sese ita pinxerit & expresserit: ut ab unicuique quodammodo videri & palpari possit: Tamen haec

omnia & singula ad Deum cognoscendum non sufficiunt, idque propter naturalis philosophiæ imperfectionem, & mentis humane cæcitatem. Nam summi etiam philosophi, neque ea, quæ vel intra seipsos habent, sentiunt, & reperiunt, rectè intelligunt: quantò minus ea, quæ foris aspiciunt, intelligere poterunt. Quare licet ipsi subtili ingenij filiorum naturas investigârint, & perscrutati sint: tamen nec in ipsis naturis verum naturarum opificem, nec in sua ipsorum vita ipsam vitæ authorem venari, & assequi potuerunt.

Quartò sæpè temerarij philosophelli veris operibus multa de suo assingunt, quæ cum Dei natura & voluntate pugnant, & nihil cum ea commune habent: illa igitur hominem potius in exitialem Dei ignorantiam, quam in salutarem eius agnitionem adduxerint. Has ob causas philosophia, tanquam falsa & inutilis repudianda non est, licet temerarij homines eam præuè intelligant, & multa ei de suo addant.

Itaque ut Deum clementem & propitium patrem rectè agnoscamus, ex circumfuso naturalium rerum aspectu ad sacram theologiam, tanquam ad veram Dei cognoscendi scholam, & diuinam academiam deveniendum est. Per sacram theologiam verbum Dei & beatum Christi Evangelium pro ut à Prophetis & Apostolis conscriptum & assignatum est, intelligo, in quo omnia, quæ Deus
de se

de se in hac vita patefieri, & singula, quae ab ho-
 mine de sua ipsius salute sciri voluit, plenè & plas-
 nè revelavit, atq; ad vivum usq; expressit & tan-
 quam in clarissimo speculo representavit. Itaq; si
 Dei, & nostri ignorantia laboramus, in verbo Dei
 est clara & divina lux, qua utraq; discutitur &
 illuminatur: si varijs perturbationibus, & morbis
 dis animi affectibus commovemur, in verbo Dei illis
 sanandis remedia & facilia nobisq; exposita occu-
 runt: si his vel illis tentationibus obnoxij sumus, in
 verbo Dei solida & firma consolatio reperitur &
 passim obvia est: si dubitationibus de salute nostra
 impetimur & periclitamur, in verbo Dei illis res-
 pellendis & munitissimum & certissimum propu-
 gnaculum habemus: si peccatorum & multorum &
 gravissimorum conscientia pungimur, in verbo Dei
 gratuita Dei misericordia illis expungendis est
 promptissima: si nos mortis horror conturbat, in
 verbo Dei ad illum terrorem expugnandum sunt
 Christi merita tanquam validissima arma: si nos
 mulis & turpibus sordibus pollutos & contami-
 natos videmus, in verbo Dei Christi sanguinis,
 quo illis abluimur & emundamur, ostenditur: si nos
 animi vulnera & dolores premunt, in verbo Dei
 Christi sacrificium tanquam suavissimum balsa-
 mum, quo illa sine dolore sanantur & tolluntur,
 tanquam intento digito demonstratur: si in rebus

perplexis & ambiguis hæremus, & quo nos veritas
ignoscimus, in verbo Dei, ut expediamur & bonum
& fidele consilium reperimus: Si propter
Christianæ fidei confessionem vel iniustis convitijs
proscindimur, vel acerbissimis supplicijs e medio
tollimur, in verbo Dei vita æterna & cælestis co-
rona promittitur.

Sic sanctum, & salutare Dei verbum qui-
busvis utile & fructuosum est: nam ipsis pueris est
rudimentum, & tutamen, proficientibus est incre-
mentum & levamen, perfectis & senioribus est fir-
mamentum & solamen, denique est omnibus &
singulis certum demones fugandi instrumentum,
æternumq; decus, & ornamentum. Sic Dei ma-
gna et incredibile bonitas, longè latius se diffundit,
quàm omnia peccata patent, seq; extendunt: nam
singulis nostris miserijs salutaria remedia ubiq; ex
adversa regione divinitus opponuntur, idq; usque
adeò, ut nullæ tentationes tam insidiosæ et occultæ
à malis spiritibus excogitari possint, quibus Deus
suum verbum tanquam invictum clypeum non op-
posuerit. Unde colligitur, quod immensa Dei misera-
cordia omnia peccata nostra quantumvis ea atroc-
cissima fuerint infinitis partibus superet. Nemo
igitur, de Dei bonitate vel propter multitudinem,
vel propter magnitudinem suorum peccatorum des-
perabit, nam Dei bonitas ad miserum hominem
iuvan-

21
iuvandum est propensissima: itaq; propter indebi-
tam misericordiam longe potius salvaverit ipsam,
quam eum propter innumeras & maximas iniqui-
tates damnaverit. Nam omnipotenti medico nul-
lum vulnus incurabile, nullumque malum quans-
cumvis atrocissimum sit, insanabile est. Deinde
Dei bonitas & mors Christi longè potentior est ad
vitam, quam omnia peccata nostra ad mortem.

Ex his omnibus nemo non videre potest quam
cara & pretiosa hominū salus & vita Deo sit. Hoc
verbum Dei licet ea omnia, qua homo tam de Deo,
quam de semetipso scire tenetur, in se contineat:
Tamen ob naturæ corruptionē, & mentis tenebras,
ut veram Dei & sui ipsius cognitionem in eo accen-
dant, minimè sufficiunt. Verūm ut homo divinam
vocem salutariter, sicut oportet, intelligat, & in-
tellecta assentiatur, ut Deus in ipso hominis corde
per spiritum suum se patefaciat, per necessarium
est: alioquin ipsum Dei verbum, non tantum in eo
infructuosum, sed etiam mortua & exitialis erit lit-
tera.

Porro genuina sacræ Scripturæ intelligentia,
tamet si merum, & proprium spiritus sancti sit opus
& officium: tamen ob id earum artium, & linguarum,
quibus illa continetur, & explicatur, cogni-
tio & usus minimè excludi debet: nam illæ sunt
media, adminicula, & divinitus concessa & ordina-
ta organa, per quæ spiritus sanctus operatur, &

hominem in veram scripturæ cognitionem adducit. Proinde artes omnes honestas, & liberales ad sacras litteras explicandas quàm plurimum adiuventi adferre nemo sanæ mentis inficiabitur. Dialecticam verò Rhetoricam, hac in parte, singularem, & proprium usum habere, luce meridiana clarius est: Illam quòd dubijs rebus vera argumenta inveniatur, & per ea inventa & applicata certam fidem faciat, tam quod omnis veri, & recti iudicij sit formatrix, atque legitimi, bonique ordinis ductrix: hanc verò quod orationem varijs troporum, & figurarum luminibus mirificè exornet, tum etiam quòd tropica & figurata dicta proprio, & genuino sermone explicando omnem disparatorum confusionem tollat, & ita monstrosam rerum metamorphosin vitet & profliget. Hoc tam in sacris litteris, quàm in profanis auctoribus usum quàm frequentissimum habet. Id qui negare audent, isti & ipsis talpis sunt caciores & quibusvis asinis stupidiores.

Linguas etiam cum vocum originem, & proprietatem explicent & ostendant ad cœlestis doctrinæ cognitionem quàm plurimum conducere cuius manifestum est, inter illas autem Græca & Hebraica lingua, propter propriam & singularem vim, & peculiarem summamq; energiam, quam in vocibus enucleandis, & sententijs explicandis habent, miximè excellunt. Græca tum propter
vorum

vocum iucundissimam, & pulcherrimam compositionem, tum propter nervosissimam significationem, & maximam sententiarum elegantiam. Hebraea vero omnes alias singulari quadam prerogativa longè superat: Licet hoc cum reliquis linguis commune habeat, ut hebraeum suum idioma, hebraea quoque voce, & sano proferat, quemadmodum reliquæ linguae sua patria & nativa idiomatica, patrio quoque, & nativo sermone formant, & pronunciant: tamen hæc peculiare, & singulare quosdam usus tanquam propria quedam & ab alijs linguis distincta privilegia habet.

Ceterum quæ de hac lingua in medium proferenda esse duxi, ea in quatuor distinctas classes digesta quam poterit fieri brevissimè & dulcissimè explicare statui. Primò igitur de eius veneranda antiquitate, & dignitate. Secundò de admiranda sanctitate, & duratione. Tertio de summa eius utilitate, & communi usu. Quarto de eius iucunditate, & addiscendæ facilitate dicturus sum, quibus ordine & succinctè pertrectatis, finem dicendi faciam.

Quod autem hæc lingua antiquissima sit, his rationibus probari, & liquidò demonstrari potest. Nam Deus eam primò usurpavit, & Adamo tradidit, & inspiravit, quam postea totum humanum genus communiter usq; ad Babylonicæ turris destructionem tanquam universale idioma obtinuit. Hoc
scriptura

Tom. 3.
col. 632.

scriptura expressè asserit Genes. 12. v. 1. ubi dicitur quod unum labium, id est, unus sermo super universam terram fuerit, quo omnes & singuli homines per omnes mundi plagas usi sunt. Quot autem anni inter exordium mundi, & turris Babylonice destructionem interfluxerint, non est una omnium, sed diversa diversorum sententia. Alij volunt duo annorum millia & quinq; annos interfluxisse, alij 1700. annos intercidisse dicunt. Quamdiu autem Babylonici cives in illa turre, antequam destruebatur, laboraverint, certè desiniri vix potest. Secundò divus Augustinus disertè affirmat, quòd hæc una, & sola lingua ante turris Babylonice destructionem super totam terram fuerit, & homines nulla alia lingua usi sint, sed post illam destructionem in diversos diversarum linguarum sonos in pœnam peccati à Deo est divisa. Tertio hanc vetustatem nomina priorum parentum arguunt: Nam Adam & Eva sunt duo nomina Hebraica, que statim in initio mundi illis sunt divinitus data. Quarto reliquarum creaturarum nomina id probant: Nam primus homo non tantum terrestribus animantibus & volatilibus cœli, sed etiam suis ipsius filiis ex hac hebræa lingua hebræa nomina imposuit. Genes. 2. v. 14. & 4. v. 1. & 2. Sed quo nomine hæc lingua tunc appellata fuerit, non constat; verum quod hebræa dicatur, id nomen longè postea ab Hebero Schelachij filio, qui septima generatione fuit ante
Abraam

Abrahamum, accepit, autore Augustino. Hebraeus
 rus autem nomen suum à verbo quod transire signi-
 ficat, traxit: sonat autem quodammodo transfluvia-
 alem.

Tomo 5:
 colū. 886.

Hæc igitur lingua ut est omnium prima, sic
 etiam est omnium antiquissima. Ex hac vene-
 randa antiquitate, eius dignitas quoque dependet,
 & æstimanda est. Quod hæc lingua dignissima sit,
 his tribus quæ ordine sequuntur, rationibus evin-
 citur. Primò est dignissima, quia est vetustissima:
 nam bonum quippiam quo vetustius, & antiquius
 fuerit, eò quoque preciosius, honestius, & dignius
 est, quod omnium seculorum unanimi consensu &
 subsequente usu receptum & confirmatum sit.
 Deinde huius linguae dignitas in eo consistit, quòd
 sua bona cæteris quoque linguis communicet &
 impertiat, ad illas enim, ut postea dicetur suas
 phrasas peculiare transfert, atque ita illis cæle-
 stem intelligentiæ lucem adfert, quæ phrasas in illis
 non rectè intelligi possunt, nisi earum interpretatio
 ex hac lingua petatur. Quo igitur aliquod bonum
 communius est, & quò pluribus inservit, eò quoque
 præstantius, & dignius est. Denique hæc lingua
 reliquis hanc ob causam dignior est, quod hæc à
 Deo tanquam clementissimo patre primo homini in
 paradiso inspirata sit: quod sanè beneficium ma-
 ximum fuit, quòd homo loquendi facultate divini-
 tus sit instructus, ut sua sensa, & animo concepta
 distin-

distincto, & intelligibili sermone efferre, & ad alios transferre queat. Reliquæ verò linguæ in pœnam peccati à Deo tanquam irato iudice sunt introductæ, & tot sunt introductæ, quot homines in edificatione turris Babylonice fuerint, Authore Tom. 4. Augustino. Sic Deus istos non punivit generaliter colū. 807. in universum: sed etiam in unumquemq; in specie seorsim animadvertit. Illa linguarum diversitas, ut tunc erat gravissima hominum pœna, sic nunc est maxima eorum miseria. Hebræa igitur lingua est naturalis Dei & hominum lingua, & tanquam legitimus nature partus, reliquæ autem linguæ, sunt tanquam illegitimi, & adulterini peccati foetus. Quantum igitur legitimus filius impuro spurio præstat: tantum quoque hæc lingua cæteris est dignior. Quod si quispiam hanc vel illam linguam huic hebrææ ut digniorem præferre velit, is non secus fecerit, quam si hanc vel illam facem clarissimo Solis splendore prætulerit, estque eius cognitione indignissimus.

Hæc de huius lingue vetustate & dignitate hæctenus. Iam verò, de eius sanctitate & duratione, ut pauco in medium proferantur restat. Sancta enim dicitur non tã sui ipsius nature, quam aliarum rerum respectu, ipsa enim præ cæteris linguis sanctior estimanda non est, quasi literæ, syllabæ, & verba hæc sanctiora sint, quam in alijs linguis, sed sancta hisce de causis, quæ iam in ordine sequuntur

sequuntur appellata est. Primò sui auctoris respectu
 ita nominatur, quod sit à Deo natura & voluntate
 sancto, ut ab omni mali labe segregato è cælis primo
 homini in paradiso tradita. Deinde ratione rerum,
 quas continet & explicat sic dicitur, quod illæ omnes
 ad minimum usq; verbum & ab omni cuiusvis ma-
 li contagione pure, atq; quod in hac lingua sacro-
 sancta sue voluntatis mysteria & humana salutis
 oracula humano generi per sanctos prophetas reve-
 laverit. Quo sanè nobis nihil salutaris & beatius
 exoptari, nihil maius & excellentius rogari, nihilq;
 utilius & præstantius excogitari; deniq; quo nihil
 dignius, nihilq; honestius contingere potuit. Hæc
 itaq; lingua dicitur sancta, quod in ea sanctæ legis
 verba, sanctaq; prophetarum oracula, & alia san-
 ctarum rerû documenta & nomina scripta sint &
 annotata. Tertiò quo homini adhuc integro & san-
 cto à Deo sit infusa, hæc lingua sancta pronuncia-
 tur. Nam Adam ante lapsum hac lingua locutus
 est & articulatas voces protulit. Quoties igitur
 hanc linguam legerimus, primæ illius sanctitatis
 & innocentie memores esse, & ad eam recuperan-
 dam divina ope freti aspirare debemus. Quar-
 tò hæc lingua sancta est propter castam & ve-
 recundam loquendi modum, quod eas res, quas
 rum nos apud alios pudet, sanctè pronunciet:
 vt ventrem exonerare, dicit pedes tegere: li-
 beros gignere, dicit vxorem agnoscere.

Sic de

Sic de alijs rebus eiusdem generis & natura, castis-
simis verbis ubiq³ loquitur. Hæc igitur lingua sui
studiosis est pudica omnis castitatis magistra, &
divina disciplina eos ad omnem honestatem, & vitæ
sanctimoniam erudiens. Hæc itaq³ sancta lin-
gua à sancto Deo cum sanctis & rebus & verbis
sancto homini est communicata. Quintò hæc lingua
ratione finis & durationis sancta profertur, quod
semper usq³ ad finem mundi suo usu & fructu sit
duratura. Nam sanctum non semper id, quod à
peccati labe purum est, significat, sed etiam ali-
quando id, quod inviolabile & perpetuò duraturum
est, denotat. Hæc igitur lingua ut cum humano
genere incepit: sic etiam cum humano genere ad
finem usq³ perdurabit. Hebræus itaq³ sermo quem
admodum in principio mundi primum hominis os
aperuit: sic etiam ultima hominum ora in fine mun-
di claudet. Illa suspicienda & veneranda vetustas,
illa antiqua & admiranda dignitas, hæc sancta
huius linguae incunabula hæctenus vera, & semper
firma perduratura, quem ad hanc linguam aman-
dam & discendam non commoverint, profanum
cor & saxæum pectus esto. Quoties autem vel
ad hæc vel ad illa animum tuum moveris, toties
tibi sancta & casta mente cogitandum est, Deum
in ore sanctorum patrum & prophetarum tecum
loqui. Nam os prophetarum hæc vel illa oracula
fundens, est Dei lingua tibi ad salutem & disci-
plinam loquens.

Hæc

Hæc de huius lingue sanctitate & duratione
 breviter huc usque dicta finem habeant. Nunc
 autem de eius utilitate, & communi usu, in quibus
 præcipua huius lingue virtus & totum eius robur
 consistit, nonnulla proferenda sunt. Utilitas eius
 tam varia, & multiplex est, ut eam nec mente coma-
 prehendere, ne dum verbis explicare possim. Itaque
 ex omnibus illis, quæ ad utilitatem eius præcipue
 spectant, ea tantum quæ huic loco, & tempori ma-
 xime convenire videntur, seligere & in medium
 proferre operæ pretium duxi. Hanc ergo linguam
 has ob causas longe utilissimam esse, nemo sane
 mentis, & exacti iudicij inficiari poterit: Primò
 propter nervosissimam & significandi, & expri-
 mendi vim, & energiam, hæc lingua utilis est. Nam
 hebræa vocabula maiore ex parte internam rerum
 naturam, & præcipuam naturarum εὐρησιᾶν
 explicant, idque hæud secus, quàm propria forma
 apud dialecticos, quæ non solum, quid hæc, vel illa
 res sit, designat, sed etiam quæ, & qualis cuiusque
 rei interna natura sit, tam evidenter declarat, ut
 illius rei natura oculis quodammodo subiecta vide-
 atur. Nam vera cuiuslibet rei forma talis quip-
 piam in natura notat, quod ipsum subiectum ad
 talem actionem edendam, quæ à nullo alio subiecto
 proficisci, & exire potest aptum, & idoneum red-
 dit. Ut ratio in homine hominem ipsum ad varias
 actiones, quæ ex nulla alia natura prodire possunt,

D aptum

aptum reddit: Sic etiam & multo magis hæc naturalis, hæc divina & propriissima lingua sic rerum naturas investigat, & perscrutatur, atque in medias naturarum venas, & medullas descendit, idque adeo, ut remotissimas & abditissimas naturarum constitutiones, & affectiones, tanquam veras & genuinas earum proprietates ex intimis naturarum visceribus eruat, & foris in lucem protrahat. Hæc ad maiorem veritatis expressionem exemplis illustranda sunt, ne alicui fumum absque igne, & campum sine herbis ostendere videar. Ita filius Dei noster redemptor, & salvator dicitur YH Iesus, id est salvator, sic dictus, quod ad homines salvandos naturam, & voluntatem habeat propensissimam, atque salute nostram unice oblectetur, atque in ea tanquam in maximo, & ultimo sue passionis fructu, & sine acquiescat. Sic spiritus sanctus ei tale nomen indidit, ex quo nature, & voluntatis eius erga nos affectio, & quid proprie, & precipue ex eius officio expectari debeat, cognosci, & sciri possit. Nempe quod ad nos servandos sua benevola, & gratuita voluntate longe propensior, & paratior sit, quam nos salvari cupiamus. Hæc igitur est piorum summa & firmissima spes, & consolatio, quod ipse filius Dei, infinitis modis nos sua magna misericordia salvare, quam nos propter magnam iniquitatem nostram damnare mallet. Sic Deus ipse Iehova dicitur, quod

quod nomen ab existendo ductum est, quod ipse ab eterno a semetipso sit, & existat, & a nullo alio suam essentiam acceperit, ut creatura. Sic quoque primus homo Adam ab humo nomen accepit, quod Deus cum ex pulvere terre sinxerit, & ipse terrenum, & pulvereum corpus habeat. Sic Eva ita dicitur, quod proprie viventem, id est vivam naturam habentem sonat, quod ipsa sit mater, & prima origo totius humani generis. Sic Abel a vanitate dicitur, quod ipse non diu duraverit, sed quod in ipso vite sua flore a fratre occisus cito evanuerit. Nam Hebraei singulari phrasi, omnem rem, que non diu durat, sed cito perit, vanitatem appellant. Hec & similia, quod hac lingua in rebus, & rerum naturis denotandis sit efficacissima, declarant. Ab hac significandi vi hac lingua interna rerum magistra non inepte dici potest, quod magis interiora nature viscera inquirat, quam exteriora eius membra respiciat. Est itaque quasi abditarum rerum quoddam speculum, quia interiora sic explicat, ut ea tanquam exteriora mente percipi, & intelligi possint. Ab hac exprimendi vi non insulse, sed merito hac lingua dici potest **לִבִּי וְפִי יְהִי אֱלֹהֵינוּ** speculum cordis, & faciei Dei, eo quod propria, & genuina lingue hebrae cognitio sit germana sacrarum litterarum intelligentia in qua Deus suum cor, id est salutare, &

D 2 pros

na
rum
mes
idq
rum
s &
ira
hat.
em
ne,
e sis
ur
ines
pro-
tur,
bas
an-
&
rie,
nos
idos
proa
bias
isti-
nsia
re,
am
ur,
uod



propitium de nobis liberandis consiliū explicuit, & suam benignam faciem multo magis, quam in claro speculo representat. Ex his & similibus cuiusvis videre facile est, quantam intelligentiæ lucem sacris litteris percipiendis cognitio huius lingue adferat. Certè huius lingue cognitio est id hominum mentibus, quod clarum perspicillum est caligantibus oculis.

Secundò huius lingue utilitas quàm maxima, quod sit sui ipsius fidelissima interpres. Nam quoties nomina polysæma, vel ambigua & intricata occurrunt, aut enigmatica & obscura sententiæ inveniuntur, illæ in sequentibus explicantur, atque ita posteriora sunt priorum exegemata, & perspicuæ declarationes: itaq; polysæma distinguit, ambigua determinat, dubia explicat, obscura explanat, intricata extricat, metaphoricæ per propria declarat, atq; ita dubia per certa, obscura per clara, & ignota per notiora exponuntur: sic incertæ opiniones ad certam sententiæ, & ad exactum iudicium perducuntur. Hæc unico exemplo declaranda sunt: Deus apud Abdiam versu secundo dicit: Ecce parvum te posui inter gentes & contemtus eris vehementer: hic parvum ponere est phrasi hebraica aliquem contemtibilem reddere, hoc propheta ipse dicit, dum inquit: contemtissimus eris. sic posterius est prioris exegetis & declaratio. Scelerati enim & impij homines, tunc maximè contem

remtibilis & probrosi redduntur, ubi ad merita sup-
 plicia rapiuntur, talia complura possum adducere,
 sed ea brevitatis ergo omitto & huius lingua studio-
 sis inquirenda & meditanda relinquo. Ab hoc
 interpretandi officio hac lingua est tanquam lapis
 Lydius, quo vera, & falsa probantur, quo utilia
 ab inutilibus secernuntur. Potest etiam dici
 אמת הוה via veritatis, quod tali interpretatione
 veritatem doceat, & monstret. Potest & dici
 אמת הוה semita vita, quod suo interpretan-
 di officio, rectam viam, qua ad vitam pervenitur,
 ostendat. Denique appositissime dici potest אמת
 סלה schala in coelum, eod quod sincera scripturae
 cognitio ex hac sancta lingua petita dirigat homi-
 nem in caelestium rerum cognitionem & fruitio-
 nem. Hae est tutissima scripturas & interpretan-
 di, & intelligendi ratio, qua scripturae per scriptu-
 ras explicantur, nam in rebus divinis nihil nisi per
 divinas litteras agendum & statuendum est. Est
 igitur tanquam peritissima, & fidelissima magis-
 tra, qua sui studiosis, & praecipue ecclesiarum mi-
 nistris certam regulam, certumque modum, quo
 scripturam & exponere, & alios docere debeant,
 praescribit, scilicet quod sic scripturas ipsimet intel-
 ligere, & alijs explicare debent, ut se intra scriptu-
 rarum limites, & cancellos contineant, & obscura
 per clariora explicent. Hae igitur dilucidissima
 interpretandi ratio est verae intelligentiae porta, &

D 3 senten-

*sententiarum verarum janua, & alios ritè docendè
via.*

*Tertiò hæc lingua habet quasdam peculiare,
& varias phrasas, habet etiam singularia quadam
dicendi genera. Quæ in alijs linguis prorsus inusi-
tata, & minus grata sunt. Hic autem miram gra-
tiam, & emphasin habent, ut enim portare in
manibus, item descendere ad portas mortis, aquam
venire ad animam, pro in maximis, & presentis-
simis periculis, quæ mortem ante oculos, &
apertum sepulchrum ostendunt, versari, item des-
cendere in sepulchrum pro mori, item in terra
oblivionis & silentij esse, pro mortuum & sepul-
tum esse: illi enim citò oblivioni traduntur, &
alto silentio involvuntur: item descendere in infer-
num, pro summos terrores animi, & cruciatus
ferre, & sentire. Sic baculus panis pro vir-
tute nutriendi accipitur, sic tegere peccata, est
ea præterire, & non punire. Talia per conge-
riem quàm plurima sunt passim in Biblijs obvia,
quæ studiosis huius lingue meditanda relinquo.
Huiusmodi phrasas, & dicendi genera cum in alijs
linguis reperiuntur, sunt ibi ferè peregrina
& heterogena: itaque in illis nequaquam tam
distinctè & perspicuè, quam in lingua hebræa
intelligi possunt. Itaq; ut illorum vera inter-
pretatio & genuinus sensus habeatur, ad hebræam
linguam tanquam ad primum & proprium fons*

tem

rem recurrendum est. Hac D. Hieronimus procul-
 dubio respexit, cum ita in epistola ad Augustinum
 expresse scribit: Si alicubi dubitas, hebreos inter-
 roga: quasi dicere vellet, plus lucis & certitudinis
 est, in lingua nativa, quam in aliena & peregrina.
 Sic haec lingua suo ministerio, reliquis, ad quas suas
 phrases transfundit, inservit, dum eas in illis ex-
 plicat, ob id est etiam longe utilissima. Ab hoc com-
 muni alijs linguis inserviendi usu merito dici
 potest **הַלְשׁוֹנוֹת אֵת גִּדּוֹל בְּכֹל** lux magna
 in omnibus linguis, quod illis in locis obscurioribus,
 ut ea recte explicentur & intelligantur, non par-
 vam vim adferat, sed sit quasi communis lux, quae
 tenebras passim obortas suo splendore dispellit o-
 mnemq; dubitationem tollat. Sic haec lingua licet
 omnium aliarum sit origo & quasi mater quaedam,
 tamen hoc communi alijs inserviendi ministerio,
 est quasi earum communis famula.

Hac igitur lingua quod ceteris suo communi
 usu inserviat, & novam lucem intelligentiae adsea-
 rat, est quarta eius utilitas. Ex his omnibus quae
 evidendissime relucet, huius linguae cognitio, quam
 sit cuius necessaria, cum sine ea sacra scripturae
 recte, ut oportet, sciri non possint. Hanc igitur,
 qui ignorat, is scripturas ignorat, qui scrip-
 turas ignorat, is DEUM ignorat, qui Deus
 ignorat, se in exitum precipitat. Ergo ignoran-
 tia huius linguae est exitialis ipsis ignorantibus.

D 4

Huius

Huius sortitice gradationis primum membrum probandum est, quo probato, reliqua omnia sunt indubitatae veritatis & se necessario consequuntur. Illud autem verum esse inde manifestum est, quod genuina vocum hebraicarum notio & interpretatio, sit germana rerum intelligentia, praesertim cum voces ipsae nihil aliud sint, quam rerum ipsarum expressa nota & ipsissima symbola, quae nisi recte intelligantur, res quae illis notantur, quomodo recte intelligi possint, non video. Verum si voces & symbola rerum probe intellecta, & cognita fuerint, res ipsae nesciri & ignorari minime poterunt. Nullius igitur rei inter omnes res humanas cognitio est tam utilis, & necessaria, quam huius veneranda linguae hebraeae cognitio: nam qui eam probe didicit, is sacras litteras tanto melius intelligit: qui autem sacras litteras intelligit, is Deum quoque tanto rectius agnoscit: qui Deum recte agnoscit, is vitam eternam consequetur & possidebit: ergo huius linguae cognitio est salutaris, & recta via ad Deum cognoscendum & ad salutem eternam consequendam.

Denique, verba, & documenta prophetica suo sensu & intellectu sunt admodum lata, & profunda, in quibus saepe magna oracula & plene ferè sententiae latent, non secus, quam plurimae scintillulae in aliquo silice, quae tunc demum exsilire & videri solent, cum silex chalybe percussus fuerit.

Quem

Quemadmodum ergo ex silice percusso varia scintillulae eliciuntur, quae prius in ipso latebant: sic etiam saepe ex una dictione prophetica varia sententiae vera vocum notione & interpretatione educi & demonstrari possunt. Haec igitur lingua est ceteris pressior & multo strictior, eo quod multo plus in recessu habeat, inq³ suo postico gerat, quam prima fronte promittit: itaq³ non sine magno Christianae reipub. detrimento ab ecclesiarum ministris ignorari poterit. Nam verbum Dei perperam interpretari, vel malignè applicare, est magnum & horribile malum. Ita enim verbum Dei desinit esse verbum Dei: quia falsa eius interpretatio, facit falsam doctrinam, falsa doctrina facit haeresin, haeresis non aedificat in Christo, nec potest corruptos homines in filios Dei regenerare. Falsa itaq³ doctrina homines non tantum à Christo & salute alienat, sed etiam eos diabolo associat, eique similes reddit. Nonne serpens in paradiso maligna divisione edicti interpretatione, primos parentes ex summo integritatis gradu in imum orcum precipitavit? Quo exemplo spiritus sanctus docere voluit, quod verbum Dei perperam intellectum non sit verbum Dei ut Theodoretus ait: Sed longè potius exitiale, & mortiferum venenum, quo humano generi nihil deterius, & infelicius dari potest. Est q³ quasi hamus & laqueus diaboli, quo homines à vero verbi Dei sensu abductos in exitium pertrahit.

D 5

Idem

Matth. 4.

Pfal. 90.
vers. 12.

Deut. 6. 16.

Idem periculum metuendum est, ubi non applicatur ad eos fines, ad quos illud divina sapientia ordinavit. Sic Satan mala Dei verbi applicatione ipsum Christum adortus est, ut ipsum à genuino eius sensu & usu abductum perderet, cum diceret Angelis suis mandavit de te, ipsi tollent te in manus, ne quando offendas ad lapidem pedem tuum. Hæc omnia licet per se verba Dei sint: attamen cum Satan ea à recto usu & sine in alium sensum & usum detorquet, non sunt amplius Dei verba, sed fiunt laquei Diaboli. Quot igitur sunt in illis verbis syllabæ, totidem erant retia, quibus filio Dei perniciem & exitium moliebatur. Christus itaque non semel ad ea respondere dignatus est, sed aliam scripturam rectè intellectam & legitime applicatam adduxit, quæ tanquam coelesti, & invicto clypeo Satanae insidias declinat, eiusque ignita tela exstinguit. Quo exemplo docere voluit, sacram scripturam, nisi rectè & legitime in suum usum applicetur, non modò nihil profuturam, sed prorsus exitialem fore. Hæc duo scripturæ testimonia & exempla hoc sine & consilio in medium proferre volui, ut quilibet, quantum mali in perversa scripturæ interpretatione & eius applicatione positum sit, re ipsa & veritate videre possit. Quare omnes illi adolescentes, qui ecclesie Christi suam operam impendere cogitant, ut hanc linguam discant, sæpè admonendi sunt.

sunt. Nam si eam prorsus ignoraverint, scripturam quoque, ut antea dictum, est recte non intellexerint, & si eam non recte intellexerint, certe applicare illam recte minimè poterunt: sic utrinque in magnum periculum incurrunt. itaque huius lingue ignorantia, est perniciosum & terribile malum. Huc usque quanta mala ex huius lingue ignorantia, enascantur, & existant, probatum est. Isti igitur qui hanc linguam velut prorsus inutilem contemnunt, vel ut minimè necessariam repudiant, atque adolescentes ab eius cognoscenda studio vanis consilijs inducti debortantur, humano generi, & Christiane ecclesie pessimè omnium volunt, & consulunt. Et si aliquatenus docti sint, & tales haberi & dici velint: præstaret tamen, ut prorsus indocti, & quibusvis asinis stupidiores essent: præstaret etiã, ut eorum ora non pipere & saccharo impleta essent, quam ut hanc divinam linguam amarissimis sannis & duris mycterismis agitent, & honestos adolescentes ab eius studio mendacibus verbis, & fallacibus consilijs debortarentur, certè eos multò turpius decipiunt quam si ipsis pro oleo amurcam & pipere muscerdam venderent.

Versiones licet multe & non inutiles habeantur, que magno cum fructu legi possunt: tamen in illis sæpè ambigua, sæpè obscura & intricata occurrunt, quæ huius lingue imperitum facile decipere



decipere poterunt, verum eius peritum minime impedierint, quia illa in hac veneranda lingua sunt plana & certa. Quare illi longe melius sacras litteras intelligunt, & de ijs intellectis solidius iudicare possunt, qui veritatis scientiam & certitudinem ex ipsis fontibus hauriunt, quam qui rivulos quandoq; turbidos, quandoq; prorsus inspidos consectantur & delibant.

Licet etiam in sacra Biblia plurima commentaria, quae non sine fructu volvi & revolvi possunt, prostent: tamen illi qui hanc linguam aspernantur, atq; illis prorsus contenti sunt & acquiescunt, magis alieno, quam proprio oculo vident, magis aliena, quam propria mente intelligunt, magis alieno, quam proprio ore loquuntur, magis alienis, quam proprijs auribus audiunt: Deniq; magis alieno, quam proprio iudicio iudicant, & concludunt. Deinde ipsi commentatores saepe de una eademq; re inter se discrepant, & diversum statuunt, atq; ita praeter meras opiniones nihil fere certi ex commentarijs definiri potest: itaq; illorum rationes, sunt vanae imperitorum coniecturae, sunt temerariae levissimam hominum opiniones, quae nullum nisi futile & inutile, quae nullum nisi nugax & fallax iudicium suggerere & adferre poterunt. Istis certe ut parum est cordis: sic quoque non multum habent frontis, atq; perpetuo in aditu theologiae sic haerent & versantur, ut ad eius adyta nunquam perveniant.

Quos

Quocirca mirum non est, quod in certis opinionibus & dubiis coniecturis circumferantur, ita ut nec usquam nec unquam aliquid certi, quod radicem penitus agat, & pedem firmiter figat, invenire possint. Quae animi fluctuatio, & de caelesti veritate dubitatio, est res admodum periculosa: conscientia enim nullibi, quam in firma caelestis veritatis persuasionem & cognitionem, certa & tranquilla esse potest. Quare infinitis partibus praestat, & longè tutius est, veritatis notitiam ex ipsis fontibus assatim pleno ore sumere, quam ex his vel illis rivulis extremis labris degustare. Illud igitur tacitum conceptae opinionis de versionibus & commentarijs praevudicium nullius ferè est momenti, sed certum & ingens est ipsis & alijs nocuum mentum. Certè ut verè dicam, quod verissimè dicere possum, nos meritò à judaeis propter crassam huius linguae ignorantiam deridemur: Dicunt enim quomodo isti Christiani Prophetas intelligere poterunt, cum Hebraeam linguam non calleant. Nescio equidem quam defensionem filio Dei iustissimo illi iudici simus allaturi, quod salutis nostrae doctrinam in sua nativa & propria, lingua non intelligamus, cum ipse filius Dei sui notitiam in veteri testamento scrutandam esse iubeat, quomodo autem illud scrutari poterimus, si verba eius non intellexerimus. Verba autem eius cum ignoramus, genuinum eorum sensum quomodo assequemur, quem

Iohan. 5.
vers. 39.

cum

cum sine huius linguae cognitione habere nequeamus, certè ipsa scriptura nobis non erit vivifica & salutaris, quæ tunc demùm est ad salutem vivifica, cum ea in vero eius sensu percipitur. Nos itaq; (quos nullis ferè pudendi pudet,) coram Deo & sanctis eius angelis pudeat; pudeat etiam nos coram hominibus & ipso Sathana, qui nos omnibus sannis & cachinnis agitatur; quod tanta rei tantum thesaurum per supinam socordiam negligamus. Pudeat nos quoque coram brutis animalibus, quod multò magis in teutonico calice, quàm in Hebræo Codice sumus exercitati. Vetus igitur Testamentum, ad quod Christus Iudeos ablegat, ut rectè in vero sensu intelligatur, Hebræa lingua ante omnia addiscenda & cognoscenda est, alioquin illud salutariter ad gloriam Dei, & ad nostri ipsorum salutem scrutari & intelligere nequaquam poterimus. Quare honesti, & ingenui adolescentes, qui Deum diligunt ac reverentur, istis incircumcisis bambalionibus aurem præberè nullo pacto debent, sed eos potius, ut manifestos hebræomastigas toto animo versentur ac defugiant. Sunt enim qui adversus Deum pugnant, bellumque gerunt aperti theomachi. Sunt etiam, qui hominibus iniuriosi sunt, illorumq; bono ac felicitati derogant, ipsissimi misanthropi. Viros autem honestos, qui singulari spiritus sancti dono ad sacras litteras tum intelligendas, tum docendas

tendas sunt instructi, semper excipio: sed tantum
 de huius linguae contentoribus, & de risoribus
 mihi sermo est. Qui ipsimet ut hanc linguam
 neque callent, neque callere cupiunt: sic etiam a-
 lijs, ne eam addiscant, dissuadent. Hinc multo-
 rum malorum, quae Christianae ecclesiae & socie-
 tati obsunt, causa & origo existit. Et quo huius
 linguae imperitiores fuerint, & sacras litteras quo-
 minus intellexerint, eò quoque magis suam de re-
 bus latentibus, et incompertis sententiã præcipitant,
 quoq; minus sani & exacti iudicij habent, eò quoq;
 magis ad iudicandum sunt præcipites & audacio-
 res. Inscitia enim semper est audax & impudens.
 Interim, licet reipsa rudes & indocti sunt, tamen se
 doctissimos esse sibi audacter persuadent, & arro-
 gant isti: Licet enim in summa ignorantia sint
 doctissimi, summaq; in impertia peritissimi: tamen
 nihilominus suos plusq; deliros sensus ad imperitam
 multitudinem tanta confidentia ebuccinant, ut il-
 lam totam attonitam reddant. Sanè licet reipsa
 omni ruditate rudiores, ipsaq; vanitate vaniores
 sint: tamen in honestos & se doctiores viros debac-
 chandi petulantia intemerata scriptura adu-
 randa audacia, atque in fingendis & spargendis
 errorum monstris & portentis, sunt ita instructi &
 exercitati, ut promiscuo & cæco populo omnium pro-
 bisimi ostimentur. Cum sacras litteras tangunt, &
 tractant, visiones sine visione videt, & somnia sine in-
 somnijs

somnijs somniat, et sæpè varias & ridiculas phan-
tasias quæ eorum cerebrum pervolitant, comminif-
cuntur, quæ cū verbo Dei ita congruunt quemad-
modum pileum pedibus, & calceus capiti quadrat.
Hæc licet in veritate verissima sint, tamen tanto
iudicio pollent & præditi sunt, ut quod minimè
capiunt, maximè carpant.

Itaq; meam cognitionem in omnes sacre the-
ologie partes diffudi, totamq; rerum naturam in-
tenta mente, obambulavi, aptam & convenientem
similitudinem, ut isti sacre lingue osores, & cons-
temtores unicuiq; familiaris innotescerent, qua-
rens & investigans, aptiores autem hisce duabus
in tota prophetica & apostolica familia invenire
non potui. Primo igitur sunt aliquatenus Asinae
Bilhami similes, quæ licet diserta & distincta voce
hominis fere instar suo domino locuta sit, eiusque
dementiam reprehenderit: tamen ob id quia à se
verba prolata non intelligebat, neq; ipsa, neq; do-
minus eius factus est vel tantillo melior: sed as-
sina manebat asina, hoc est rude & stupidum ani-

Num. 22.
vers. 38.

Iohan. 11. mal.
vers. 50.

Deinde ipsi Caiaphæ non multum absimiles
sunt, qui licet oraculum humano generi maximè
salutare fuderit, nempe quod præstaret Christum
mori: quàm totam gentem perire, tamen nec ipse
Caiaphas, nec eius discipuli fusum oraculum intel-
ligebant: ideoq; illud nec Caiapham, nec discipulos
eius meliores, sed infinitis modis deteriores reddi-
dit.

ait. Caiaphas autem uno eodemq; ore blasphemabat, & prophetabat: blasphemabat, quatenus crudele innocentissimi Christi necandi consilium ex perverso carnis suae sensu suadebat: prophetabat quatenus Christum pro toto populo, & gente occidendum ex sancto Dei instinctu pronuntiabat: sic Caiaphas simul in eodem opere & diaboli carnifex, & Dei propheta fuit. Ipse igitur cum discipulis, & discipuli cum ipso filio Dei suo ipsorum Messiae mortem quam acerbissimam maximo conatu procurarant. Sic etiam illi hebraemastyles licet multa verba in populum spargant: licet vera predicent: licet puram & sanctam evangelij doctrinam amplis & plenis buccis crepent, aliosque licet sincere ad pietatis studium admoneant: licet alios ob haec vel illa vitia admissa severe obiurgent: tamen quia illa quae dicunt, non intelligunt, itaque neque se, neque alios edificant, & meliores reddunt. Sed ut sunt sic etiam manent hebraemastyles id est stupidi, & importuni a sibi, qui sibi presumunt id alios docere, quod ipsimet minime omnium norunt. Huiusmodi certe presumptio excæcatos magis excæcat, & dementatos dementat, quae quò maior fuerit, eò quoque maioribus tenebris ipsos involvit.

Quare honesti adolescentes, quam cautissime sibi undique prospiciant, & ad eorum monita mentem, quam maxime intendant, & quod isti dicunt, secum quam accuratissime expediant, & ex

R amia

aminent, an hæc ipsorum consilia vel à recta rati-
one, vel à fumo opinionum orientur & procedant.
Nam hinc communis, & summa utilitas, illinc ve-
rò summum Christianæ societatis detrimentum in-
ter se confligunt, & depugnant. Illa si vicerit
magnum & utile bonum cuius contigerit, hoc si
victoriam obtinuerit, certa & manifesta divini
numinis maledictio, quam huius linguæ ignoran-
tia perpetuò secum trahit, acciderit. Quam por-
tentose opiniones, quam perniciosi errores, qui
passim instar profusi diluvij exundant, & fluctu-
ant, christiano orbi ex huius linguæ ignorance
obrepserint, nimis quibusvis notum est, quam
magna & noxia dissidia inde existant, nemo non
videt, quam exitiales hereses, quam periculosa
schismata inde scaturiant & dimanent, orthodoxa
ecclesia varijs damnis experitur & conqueritur,
quam infaustra, & cruenta arma moveantur,
quam deplorata & deploranda bella inde orta
grassentur & sevant, innumera sanctorum cedes
& querelæ contestantur. Hæc & similia ex huius
linguæ ignorantia provenire certum est, nam
mala vocum interpretatio, malam rerum intelli-
gentiam gignit, mala rerum intelligentia, dubias,
& incertas opiniones omnis generis hereses intro-
ducunt: hereses autem schismata perpetuò secum
trahunt, schismata verò publica dissidia excitant,
ex his

ex his civilia & intestina bella non secus quàm
 ex pandora pixide provolant: hinc totin nocentissi-
 morum myriadis pereunt: alij enim gladio interis-
 untur, vel flamma exuruntur, alij laqueo suspens-
 duntur, vel exilio mulctantur, alij perpetuo car-
 ceri mancipantur, vel exquisitissimis tormentis
 discruciantur: alij vivi sepeliuntur, aut in mare
 abijciuntur. Hæc omnia tristius visa, & lenius
 audita ad hominum animos & aures perveniunt.
 Quem vero ista non commoverint, & ad mutuam
 Sympathiam flexerint, saxæum pectus, & minimè
 christianum cor esto.

Quarè honestimi summaeq; indolis, & maxime
 spei adolescentes, qui sacre theologiæ studio sese
 consecrarunt, huc assiduâ & indefessâ diligentia
 ipsis enitendum et contendendū est, ut hanc linguâ
 omnium utilissimam addiscant, cum ea cœlestibus
 oraculis tam explicandis, quam tradendis singularis,
 & divinum sit instrumentum: nam priscorum no-
 minum etymologias, & rerum notationes tam ea
 videnter explicat, ut eas quasi intento digito demon-
 stret, singula enim nominū etymologiæ, quævis etiâ
 rerum notationes sive illæ communes, sive singula-
 res fuerunt, proprietatē habēt prorsus incredibilem.
 Nulla certè lingua in toto humano genere inveniri
 potest, quæ rerum omnium appellationes tam certis &
 evidentibus notationibus exprimat, quàm hæc veneranda

da hebræa lingua: nulla quoq; lingua demonstrari
potest. quæ singularum rerum nomina suis proprie-
tatibus tam expressis, tamque convenientibus con-
iugata habeat, & frequentet, quam hæc sancta
lingua hebræa. Hæc enim omnium rerum fontes
aperit, ex quibus veram rerum proprietatem sitis
entibus plenam hauriendi copiam concedit, & fa-
cultatem accipiendi subministrat. Hæc itaque
lingua non solum est omnium aliarum utilissima
& maxime necessaria, sed etiam reliquarum omni-
um est & iucundissima, & facillima. Utilita-
tem rerum cœlestium ac divinorum oraculorum
cognitio plus quam necessaria ostendit, necessita-
tem hominis salus, & felicitas demonstrat, quam
ne unus quidem sine cœlestis doctrine cognitione
consequetur, iucunditatem admiranda biblici ser-
monis evidentia, & simplicitas arguit. Licet do-
minus arcana oracula & involuta rerum enigmas
ta, quorum altitudinem nullius creature cognitio,
nedum hominis sermo assequi potest, hæc lingua
patescerit, & tradiderit: tamen magnus Deus sic
nostræ infirmitatis rationem habens nostris vocis
bus de se nobiscum loquitur, & nos vicissim secum
loqui patitur. Deinde divina sapientia hanc lin-
guam valde familiari sermone & stylo compositam
esse voluit, ut nullius captum transcenderet, sed
ut ab omnibus, tam parvis, quam magnis facile pers-
cipi & intelligi posset. Hanc iucunditatem nera
vosa

vosa vocum expressio, & significatio, dilucida earum explicatio, summa pulcherrimarum phrasium elegantia, apta aliarum cum alijs constructio, deniq; concinna accentuum collocatio & distinctio auget, & amplificat. Hec omnia, & singula tanto lepore, tantaq; venustate divinitus sunt formata & tradita, ut ea à nullis creaturis maiori cum elegantia, & concinnitate optari nedum excogitari possint. Item ad hanc incunditatem etiam multa troporum & figurarum lumina pertinent, quibus haec lingua praeter ceteris omnibus mirifice amplificata & aucta est, quibus tanquam magnifica regina quasi regali ornatu circumvestita & decora magis inter linguas eminet, quàm sol sua luce et luna & stellis praesulget: hoc modo haec lingua elegantissima & incundissima redditur.

Facilitatem paucae voces & dictiones regulares declarant, nam nec tantam vocum multitudinem & copiam, nec tam multiplices exceptiones, & exceptionum varietatem habet, quam graeca, & latina. Item facilitatem simplex nominum formatio, & inflexio probat: nam nomina hebraica in omnibus casibus, & utroq; numero unam & eandem habent terminationem, & masculino & feminino genere comprehenduntur omnia, atq; per duas tantum declinationes inflectendo variantur. De

E 3 inde

inde hanc linguam facilem idem & perpetuus ser-
monis tenor & gratiosa simplicitas reddit, quod
nec tam varijs, nec tam multis dialectis scateat &
abundet, quam verbosi Latini & mendaces Græci.
Ad hanc facilitatem quoque pertinent tropici, &
figurati sermones, quibus hæc lingua nullibi non
plena est, & redundat, ita res ignotas facit notas,
res obscuras explicat & reddit claras, res involu-
tas evolvit, & quam familiarissimas efficit. Sic
in proprio dicendi genere mens humana ea cerne-
re, & intelligere incipit, quæ alioquin proprio ser-
mone & corporis oculis videre & cognoscere non
potuerat. Hæc itaque lingua eo docendi modo, est
peritissima imperitissimorum magistra, nam tro-
pico, & figurato sermone rudes hominum mentes
à rebus visibilibus, ad res invisibiles, à rebus parvis,
ad res magnas, atque à rebus terrenis, ad res
cælestes considerandas per rectum fidei ductum &
salutarem consequentiam evehit, & traducit.
Ista igitur tropica dicendi genera: sunt veluti spira-
tualia & mystica vehicula, quibus imperitiores
à rebus corporis ad res spirituales melius percipi-
endas evehuntur. Sunt etiam quasi, per clara res-
rum obscurarum specula, quia hæc lingua ea præ-
figurat, & cognoscere facit, quæ proprio & ge-
nuino sermone cognosci & sciri non potuerant.
Quare nulla res, nullaque obstacula, tanta
esse

esse debent, ut studiosum adolescentē ab huius linguae cognoscendae studio deterreant, sed longē potius summa, & aeterna eius utilitas unumquemque ad eam firmiter addiscendam excitare, & incitare debet. Nam qui huius linguae utilitatem vel ludificatur, impius & profanus est, qui necessitatem negat, impudens & insanus est, qui eius difficultatem causatur & facilitatem agitat, ignarus & ignarus est: denique qui iucunditatem cavillatur, brutus & iniucundus est.

Quare cum huius linguae cognitio, tam varijs modis, & utilis, & necessaria sit, opera certē ante omnia danda est, ut eius cognitio non aliqua sed magna comparetur. Nam quo alicuius rei cognitio utilior & dignior fuerit, eō quoque studiosius via, quae ad eam consequendam ducit, investiganda est, & quō maior in aliqua re praestantia fuerit, eō quoque ut illa rectē & utiliter intelligatur, maiore indiget diligentia: nam qui alicuius rei finem expetit, is quoque media, quae fini illi consequendo conducunt, querere debet. Sed ad huius linguae cognitionem comparandam, nulla alia via usitato more patet, quam familiaris hebraea grammatices perceptio, & vocum hebraicarum germana cognitio. Huius itaq; linguae studium, cum non solum hic utile, sed etiā in omnem aevum salutare sit futurum, magno animo, & in-

E 4 . defissa

defessa diligentia studiosis adolescentibus assidue,
ut hanc linguam perdiscant, et sibi familiarem red-
dant, conandum, & enitendum est, praesertim cum
eius utilitates plures & maiores sint, quam com-
prehendi & enumerari possint. licet mens longè plus
cogitando, quàm lingua exprimendo valeat: ta-
men mens ipsa propter magnitudinem & multitu-
dinem earum profusè obruitur, & se explicare nes-
quit. Quapropter sibi quam persuasissimum habe-
ant, quòd huius linguae cognitione adiuti sacras lit-
teras longe melius intelligere, & alijs longè dex-
terius explicare & inculcare possint.

Expendant igitur, qui se Theologiae studio, &
ecclesiae ministerio consecrare, & addicere in anis-
mo habent, quòd huius linguae cognitio sit sacrae
scripturae clavis & janua: si igitur hanc ignoras-
verint, scripturam Dei non benè intellexerint, &
eam alios docere minimè potuerint. Nam scriptu-
ra Dei non in nuda verborum pronuntiatione, ut
ait Hieronimus, sed in vero & genuino eius intel-
lectu & sensu consistit: sanè quomodo quispiam
hoc vel illud alios docere poterit, quod ipsemet mi-
nime intelligit, non video. Hanc igitur linguam
ut Thesaurum silum utraq; manu studiosa, ac ges-
nerosa juvenus apprehendat, eo in ambagibus, &
dubijs viarum anfractibus commodè, & tutò dirigi
& ex omnibus errorum labyrinthis in rectam veris-
tatis

37

tatis viam revocari poterit. Hanc quoque, ut incensam, & praeuntem facem semper, & ubique sequantur: hac enim tenebrae illustrantur, & ad optatum beatae vitae portum per medias & circumfusas nebulas perducitur. Haec est illa sancta & sublimis Helena, quae divinum illud nectar, ac salutare Nepenthes sui studiosis propinat. Nam haec lingua non tantum altum aliquid, & ethereum semper spirat, & spectat, sed etiam inanium rerum & curarum oblivionem adfert, cordisque tristitiam, & dolorem discutit, atque perennem animi hilaritatem caelestemque letitiam generat, & inducit. Hanc etiam ut unicum & legitimum omnis veri, & falsi libramentum perpetuo intueatur. Sic nunquam vel ad errores, vel ad falsas sectas, aut ad corrupta dogmata abibit. Denique in omnibus librorum lectione & explicatione, tanquam caelestem cynosuram, ne a recto veritatis & salutis itinere & cursu exorbitet, observet, & ut nauta in procelloso & exestuandi mari solent, semper, & ubique respiciat: quod si fecerit, suae fidei navem per medios fluctus & tempestatum iactationes in placidum portum quam commodissime sine ullo nauis fragoris periculo direxerit, & perduxerit.

Tu igitur generosa, optima iudolis, summeque spei juvenus hoc alta mente tecum expende, & considera, quod haec tua aetas, sit tua aetas. Itaque

E 5 ut iam

ut jam severis, sic etiam aliquando metes: cogit &
præterea quod hæc tua ætas celeriter abeat, & nun-
quam redeat. Vt enim unda impellit undam in
flumine, ita etiam dies trudit diem in tempore, sic
ut nec illic elapsam revocare, ita nec hic amissam
reparare queas. Quare jam tuas vires intende, om-
nesque in genij nervos adhibe, ut hanc Linguam
tanquam tuæ ætatis aptissimam magistram & rec-
tissimam in paradysum Dei ductricem ita addiscere
studeas, ut ejus diuinam vim, summumq; emolu-
mentum in animo tuo cum certo tui ipsius profectu
& commodo sentias, & percipias. Tu igitur
florens, & studiosa juvenus, ut in cœlum sub voles,
apprehende aliam ludæi, sic enim Deo cum bonæ
conscientia melius, & hominibus majori cum fru-
ctu expeditius inservieris atque in hoc caliginoso
mundo cum certa tua & multorum utilitate, tan-
quam clarum & salutare lumen circum fulseris.
Hoc autem ut cum felici eventu, & prospero succes-
su fiat, Deum toto pectore, & ardentibus precum
flammis rogo, oroque, ut suum sanctum spiritum
omnis solide intelligentiæ & veritatis unicum au-
thorem, & magistrum tibi elargiatur, ut is sua
Luce, & splendore obscura mentis tuæ illuminet,
& tenebras ignorantie discutiatur, ut ita ad hanc
venerandam, & utilissimam Linguam percipiendam
in dies propensior, & aptior cum tua, & aliorum
edificas

edificatione & salute reddaris per Iesum Christum
 unicum illum nostrum Redemptorem & Salvato-
 rem, qui te in vera electorum via suo verbo & spia-
 ritu in hac erumosa vita ita regat, & ducat,
 ut coeleste illud & sempiternum ævum per salu-
 tarem sui cognitionem, & serium pietatis &
 innocentia desiderium & studium conse-
 quaris, & vivas
 Amen.



EIVS.

*EIVSDEM AVTORIS
carmen paraneticum studiosis lin-
gua Hebræa in celeberrima Aca-
demia VVitebergensi
dedicatum.*

SI placeat sancti divina oracula Mosi,
Si placeat Christi pacta tenere probè,
Si placeat totum percurrere ritè Sionem,
Et sacra nativis Biblia scire tonis,
Si placet ex primo cognoscere fonte salutem,
Et summum recto discere corde Deum.
Disce quid Hebræe doceant mysteria lingue,
Disce quid includant verba, phrasèsq; notent.
Hec aperit fontes, & prima exordia mundi,
Hec recitat certa pristina facta fide.
Abdita magnarum docet hæc enigmata rerum
Continet & gyro grandia sensa brevi.
Nec tripodes numerat, neq; delphica somnia narrat,
Nec tragicas nugas garrulitate refert:
Sed docet æternum, & numen cœleste revelat,
Præsentemq; tibi monstrat ubiq; Deum.
Sacra quid humanis, præstantq; æterna caducis,
Hoc lingua hæc aliis præstat Hebræa sonis.
Hæc prior est reliquis linguis sanctissima lingua,
Luce sua lux est, est via certa vijs.

Explicat

Explicat obscurum, dubium distinguit, & aufert,

Falsa procul pellens nil nisi vera docet.

Perceptu est facilis, varijs nec pressa meandris,

Resq̄, humili magnas tradit ubiq̄, stylo.

Hanc igitur summo linguam perdisce labore,

Premia (quis dabitet?) digna labore feres.

Rumpe moras igitur, quævis obstacula tolle,

Et fugito monitis otia prava meis.

At Libani sacros mecum spatiare per hortos,

Et nitidas violas collige, carpe rosas.

Quid iuvat abductus primo de gurgite rivus?

Fontibus ex ipsis dulcior unda fluit.

Hic tibi dulce melos, sacros tibi prome liquores,

Atq̄, palestino disce lepore loqui.

Huc propera studiosa cohors, generosa iuventus,

Hic cape, quæ nullo sunt peritura die.

Quid dubitans heres? Ente Psalmographus alta

Voce vocat, totam te cupit esse suam.

Hoc tam divino tū gratificare magistro,

Quo duce te nunquam noxius error aget.

Hunc igitur sequere, hunc casta complectere mente,

ipse tibi rectam monstrat ad astra viam.

Te tegat usque Deus, semper tua vota secundet,

Et tribuat studijs omnia fausta tuis,

Hos tibi versiculos (parvum ne sperne) iuventus


Consecro sincero victus amore tui.


Qui tibi si placeant, studijs ego quippè putabo

Me retulisse meis premia magna, vale.




40





ft





92 33 59

ULB Halle
004 346 572

3




h
sb

Ant

Antiquarische Bibliothek Halle



ecclia diffusa usq; terrar. vñ iudic
i nūto qz celi pastores qz plun
na ubi dñi. i. filio. firmati sūt. i.
instructi. alla al. Laus gemina
gemino gaudio pastorū gregis
gredas resonat ps. Exultate in
domino a principio inquit & iubilat. alla
natis inuitam felicitate. Nam i
spm scilicet in ubi filio in dño.
annuntiant. pponit spm p qm
sciant. demie fidum p que. rec
dentate p rem eiu reuolunt. De
plo humilitatis v die ozo. De qz
humi. de oue reponata fidelit
uon inuans. ca. de pascua r
fidelit. gaudis fa. f. p. Qd. nū d
sūt se in exemplū boni pastoris.
lecto qz vñ p qz p no. ue. vel. q
sūt. ans oues errantes si d. est
p qz. u. u. 7 ep. alias oues hūm
nes. iudicant. alla. Laudate dñm
Delictis resonat sedim. alla. Surrex
et. iudicant. explant. ew. legosū
iudicant de fine qui fugient. iud
qz iudicant. i de p. iudicant qz
iudicant. iudicant qz sic iudicant de appa



ORATIO
IN QVA PRIMO
QVARE ET QVOMO-
DO AETERNVS DEVS AB OMNI ET
unoquoq; mortalium vere & sa-
lutariter agnosci debeat, pos-
sitq; declaratur:

Deinde lingua hebraea sancta & veneranda antiquitas & dignitas, tum multiplices & pernecessariae eius utilitates: deniq; nervosa & efficax S. Scripturae interpretandi ratio, atq; peculiarium phrasium forma, dicendiq; singularia genera, nec non ad reliquas linguas dextre intelligendas communis usus, una cum eius iucunditate & facilitate ordine explicantur & ostenduntur, conscripta & recitata publice in celeberrima Academia Vitebergensi calendis decembris

ab
Hermanno Rennehero.

בְּלֵא דַעַת לְשׁוֹן הַקֹּדֶשׁ אֵין טוֹכָה
תְּבוּנַת סֵפֶר הַמִּקְרָא:

VVITEBERGAE.

Typus Christophori Axini, Anno 1591.

R. 10

10

